(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Es de la libreria del focos de Mallorca

# Incipit tractatus paruꝰ de logica ⁊ de diſputatione fidei ⁊ intellectus valde vtilis. D. illu. Ray. lullij.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hoc eſt tranſlatũ fideliter ſumptũ a quibuſdã lit-
teris ſigillo cereo depẽdẽnti curie pariſienſis: ſi-
gillatis quarũ quidẽ litterarũ que in pergameno
ſcripte ſunt tenor ĩ oĩbus ſic ſe habet. Uniuerſis
preſentes litteras inſpecturis officialis curie pa-
riſienſis: in dño ſalutez: Nouerint vniuerſi ꝙ in p̄ſentia ma-
giſtri Johãnis de ſalinis: ⁊ michaelis de ionquerio noſtroꝝ
clericoꝝ iuratoꝝ: q̄bus ĩ hijs: ⁊ maiorib⁹ fidem indubiã ahi-
bemus: ⁊ quibus quo ad hec cõmiſſimus tenore preſentiũ vi-
ces noſtras propter hoc ꝑſonaliter cõſtituti. Magiſter Marti-
nus in medicina magiſter Johãnes ſcotus: in artib⁹. Magi-
ſter Raymund⁹ ð biterũ ĩ medicina bacalari⁹. frater clemẽs
prior ſeruorum ſancte Marie pariſienſis. frater ocurſius eiuſ-
dez loci magiſter. Petrus burgũd⁹ ĩ artib⁹ magiſter. Magr̃
Egidius ĩ artibus de valle ſponete: Mate⁹ guidonis bacalla-
rius in artibus. Petrus iuliani. Johãnes ð liuicaſtro bacal-
larius in artibus. gaufidrus de meldis. Johãnes ſcotus. Pe-
trus de pariſius. Hebrandus defrigia. Gilabertus de norma-
nia. Laurenſius de Hiſpania. Guillermus de ſcocia. Henri-
cus de burgundia. Johãnes de normanis bacallarius ĩ arti-
bus, ac magiſter egidius: ⁊ plures alij vſqz ad numerum qua-
draginta in dictis ſciencijs experti affuerunt ꝑ eorũ iuramẽ-
ta non vt dolo metu vel fraude ad hoc inducti ſed ſua ſponta-
nea voluntate ad requiſicionem magiſtri Raymundi lulij.
Cathalani ð maioricis ꝙ ipſi a dicto magiſtro raymũdo lull.
audiuerũt ꝑ aliqua tẽpora artem ſeu ſcientiã ꝙ̃ dicitur feciſſe
ſeu ad inueniſſe idẽ magiſter raymũd⁹ que quidẽ ars ſeu ſciẽ-
tia ſic incipit. Deus cum tua gratia ſapiẽtia ⁊ amore. Incipit
ars breuis que eſt ymago artis q̃ ſic intitulatur. Deus cũ ſum-
ma ꝑfectione Incipit ars generalis vltima Ratio quare feci-
mus iſtam artem breuem eſt vt ars magna facilius ſciat᷑ Nã

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſcita iſta ars ſupradicta ⁊ etiã alie artes de facili poterunt ad
dici. Et ſic terminatur ad honorem ⁊ ad laudẽ dei ⁊ publice
vtilitatis. finiuit raymũdꝰ hunc librum piſis in monaſterio
ſancti dñici ĩ menſe ianuari ãno. M.ccc.vij. ĩcarnacionis dñi
noſtri ieſu chriſti. Aſſeruerũt etiã dicti magiſtri ⁊ omnes alij
vt predicitur ꝑ eorum iuramenta coraȝ p̃fatis iuratis noſtris
ꝙ dicta ars ſeu ſcientia erat bona vtilis neſceſſaria pro vt ipſi
ꝑpẽdere poterant ſeu etiã iudicare ⁊ ꝙ in ea nihil erat contra
fidem catholicã ſeu etiã dicte fidei repugnantia Multa autẽ
ad ſuſtentationẽ dicte fidei ⁊ ꝙ ipſa facientia in dicta ſciẽtia
ſeu arte vt dicebant poterant inueniri Premiſſa autem facta
⁊ acta ac etiã teſtificata ab ipſis magiſtris ⁊ bacalarijs vt pre
tactum eſt corã prefatis clericis iuratis noſtris fuerũt in do-
mo quaȝ ad p̃ſens in habitat ideȝ magiſter raymũdus lull in
vico buquerie Piſienſis vltra paruum pontẽ verſus ſecanam
pro vt ipſi iurati noſtri nobis retullerũt oraculo viue vocis ad
quorum relationẽ ſigillum p̄dicte pariſienſis curie duximus
litteris p̃ſentibus apponẽdũ in teſtimoniũ p̄miſſorum Datũ
ãno dñi. M.ccc.ix. die Martis poſt octauas feſti purificatio-
nis beate Marie virginis glorioſe. ȝ. M. ioquerio. Sig✠nũ
mei iacobi de gradu notarij maioricis teſtis. Sig✠nuȝ mei
Arnaldi de ſãcto Martino notarij maioricꝫ teſtis. Sig✠nũ
mei Jacobi auinionis notarij publicij maioricis qui hoc trã
ſlatum fideliter traſlatauit ⁊ clauſit videlicet ſexto kalendas
madij anno domini. M.ccc. tertio decimo. Sig✠nũ bernar
di iulioli notarij publicij maioricis teſtis omniũ dictoruȝ q̃-
tuor exemplorꝝ. Sig✠nũ Jacobi auiniõis Notarij publicij
maioricis qui p̄dicta omnia ⁊ trãſlata fecit fideliter ⁊ clau-
ſit vȝ. vj. idus. iunij anno dñi. M.ccc. decimo octauo cum raſo
⁊ emendato in prima linea primi tranſlati vbi dicitur aquo-
dam ⁊ in quarta linea quarti tranſlati vbi dicit̃ de Sig✠nũ



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Petri de Oliuis Notarij publicij maioricarum ⁊ auctorita-
te regia ꝑ totã aliam terrarũ Illuſtriſſimi Dñi Regis Ara-
gonum teſtis. Sig✝nũ Petri regalis Notarij publicij maio
ricis horum exemplorũ teſtis. Sig✝nuz Iuliani de torrente
Notarij publicij maioricis q̃ hec .iiij. exẽpla ſiue trãſlata fide
liter ſcripſi ⁊ trãſlataui: feci: cõprobaui: ⁊ clauſi ſcðo Nonas
Ianuarij ãno dñi. M.ccc. q̃drageſſimo .vj. cũ appoſito ĩ .xij.
linea tercij tranſlati audire ⁊ raſo in decima quarta linea ei-
dem tranſlati .cc. ⁊ in decima quinta linea Sig✝num Iaco
bi de Auinione ⁊ raſo in triſecima linea quarti ⁊ vltimi trãſ-
lati dictione maioricarũ. Sig✝num mei Bernardi ſala No
tarij publici maioricarum horuz exemplorum teſtis. Sig✝
num mei Iacobi Barberij Notarij publicij maioricaruz ho
rum quattuor exemplorum teſtis.

## Logica abbreuiata magi ſtri Raymundi lullij.

Deus cum tua ſumma perfectione incipit Logica breuis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

LOgica eſt ars cū q̄ verū ꝛ falſuȝ ratiocinādo conoſcūt / ꝛ argumētatīe diſcernunt. In logica cōſiderant tria īter alia. ſ. terminꝰ ꝓpoſitio / ꝛ argumētum. Terminus eſt dictio ſignificatiua: ex q̄ propoſitio cōſtituit / vl' cōſtitui pōt. ſic bonitas magnitudo ꝛc. deꝰ āgelus ꝛc. iuſticia prudētia ꝛc. auaricia gula ꝛc. Terminꝰ ē duplex. ſ. cōis ꝛ diſcretꝰ. Cōmunis eſt ille: q̄ ſignificat vel ſignificare pōt multa ſub vna īpoſitiōe. ſic hō aīal ꝛc. ſimilia Diſcretꝰ ē ille: q̄ ſignificare pōt vnū ſub vna impoſitiōe. vt ieſus maria ꝛc. Aliqui termini dicūtur ſigna vlīa. ꝛ q̄dā alij dicuntur ꝑticularia. Signa vlīa ſunt vt oīs, q̄libet / vterq; / q̄dcūq; / vbicūq; / ſēꝑ, nullꝰ / nemo / neuter / nū ꝗ ꝛc. Signa ꝑticlaria ſūt: vt aliquis q̄daȝ / alter / aliq̄n / alicubi ꝛc. ¶ In ꝓpoſitione q̄dā terminꝰ ē ſubiectū / aliꝰ ꝑdicatū / aliꝰ copula. Copula ē prima ꝑſona ſcd̃a vel tertia ſingularis vel pluralis indicatiua explicita vel īplicita huiꝰ vbi ſum es fui. Subiectū ē terminꝰ q̄ eſt ante copulā. vt bōitas ē ens li bonitas ē ſubiectū ꝛc. Predicatum eſt ille terminꝰ: q̄ poſt copulā ſtat. ꝛ dr̄ de termino: ſtante ante copulā. ſ. de ſubiecto. vt bonitas ē magna: iſte terminus magna ē ꝑdicatū. Signa aūt vlīa ꝛ particularia ſupradicta nū ꝗ ſūt ſubiectū nec ꝑdicatū: qꝛ nō ſūt termini ſignificatiui

## De ꝓpoſitione.

PRopoſitio eſt orō cōſtituta ex teminis ſignificās aliquid eſſe vel nō eē. vt bōitas eſt magna / auaricia nō eſt bona. ¶ Propō eſt duplex. ſ. vera ꝛ falſa. Propō vera ē illa: que ſignificat: ſicut eſt. vt iuſticia ē virtus. Propō falſa eſt illa: q̄ ſicut ipſa ſignificat: nō eſt. vt bonitas eſt mala. hō non eſt ens ꝛc.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

thetica. Propõ cathegorica eſt vna orõ: in q̃ eſt ſubiectum ⁊ p̃dicatuʒ ⁊ copula. vt bonitas ē amabilis/ deus eſt eternꝰ/ fides eſt magna virtus: auaricia eſt mala. ¶ Propõ cathegorica eſt q̃druplex. ſ. vl'is ꝑticularꝫ: indefinita: ⁊ ſingl'aris. Uniuerſalis eſt illa: cuiꝰ ſubiectuʒ eſt terminus cõis additꝰ ſigno vl'i. vt oĩs lapis ē ſenſualis: oĩs poteſtas ē bona ⁊c̃. Propõ ꝑticularis eſt illa: cuius ſubiectũ ē terminꝰ cõis additꝰ ſigno ꝑticulari. vt q̃dã bonitas ē magna: aliq̃ virtꝰ ē ſenſualis. Propoſitio indefinita eſt illa: cuiꝰ ſubiectũ eſt terminꝰ cõis ſine ſigno vt bonitas ē potẽs: hõ eſt creatus ⁊c̃. Propõ ſingularis eſt illa: cuius ſubiectuʒ ē terminus diſcretꝰ vel terminꝰ cõis iunctꝰ ꝓ noĩ demõſtratiuo. Exẽplũ primi: vt ieſus xp̃s eſt deus hõ: bernardus ē ſcolaris. Exẽplũ ſc̃di: vt iſte hõ eſt theologus. ¶ Iteʒ ꝓpoſitio cathegorica ē duplex. ſ. affirmatiua ⁊ negatiua Affirmatiua ē illa: cuiꝰ p̃dicatũ ſubiecto atribuitur: vel atribui vꝛ̃. vt hõ eſt creatꝰ: hõ ē rationalis. Negatiua ē illa: cuius predicatuʒ a ſubieto remouet̃: vel remoueri vꝛ̃. vt hõ non ē lapis homo non eſt planta ⁊c̃. ¶ Logicus vtit̃ tribus petitionibus in propõne. ſ. q̃ q̃lis/ quãta. Per q̃ q̃rit: ſi propõ ē cathegorica vl' ypothetica. Per quãta petit: ſi eſt vniuerſalis: ꝑticularis indefinita vel ſingularis. Per q̃lis autem. ſi eſt affrimatiua vel negatiua. ¶ Quedam propõnes cũ alijs cõcordant tribꝰ modis. Uno modo: qñ ſunt eiuſdeʒ quãtitatis vel q̃litatis. vt ſi vna ē vl'is. ꝙ alia ſit vl'is ⁊c̃. vel ſi vna ē affirmatiua: ꝙ alia ſit affirmatiua. ⁊ ſic de negatiua. Sc̃do mõ: qñ hñt ſil'e ſubiectũ vel predicatũ. vt bonitas eſt durãs: magnitudo eſt durans ⁊c̃. Tertio modo: qñ ſunt ſil'es in ſubiecto ⁊ p̃dicato. vt bonitas ē magna: bõitas nõ eſt magna. ⁊ ſic de alijs. ¶ Cõuerſio eſt mutatio ſubiecti ĩ p̃dicatũ ⁊ ecõuerſo. Logicꝰ facit duas conuerſiones. vna dr̃ ſimplex. alia ꝑ accñs. Simplex cõuerſio eſt mutatio ſubiecti in predicatuʒ: ⁊ econuerſo remanẽtibus in vtra

(c) 2006 Ministerio de Cultura

qꝫ propoſitione eadē q̄ntitate ⁊ q̄litate. vt ſic: nulla bonitas
eſt odibilis: ꝯuertit̄ ſic: nullū odibile ē bōitas. ſil'r q̄dā bōitas ē
magnitudo: ꝯuertit̄ ſic: q̄daꝫ magnitudo ē bonitas. Per iſtaꝫ
ꝯuertionē ꝯuertūt̄ vl'is negatiua ⁊ ꝑticularis affirmatiua. Cō
uerſio ꝑ accn̄s ē mutatio ſubiecti ī p̄dicatū ⁊ econuerſo rema-
nēte ī vtraqꝫ eadē q̄litate ⁊ viariata q̄ntitate vt ſic: oē ſenſuale
eſt dr̄ens: ꝯuertit̄: qᵒdā dr̄ens, eſt ſenſuale. ſil'r: nullum aīal eſt
lapis. ꝯuertit̄: q̇daꝫ lapis nō eſt aīal ⁊c. Per iſtā ꝯuerſionem
ꝯuertūt̄ vl'is affirmatiua ⁊ negatiua. ⁊ ſic ꝯuertit̄ ꝑticularis
affirmatiua. ſil'r īdefinita ⁊ ſingl'aris ſ̄m ſuū modū. De ꝑticu
lari negatiua nō fit ꝓprie cōuerſio. eo qꝛ propō ꝟa poſſet ꝯuer
ti ī falſā. vt ſic. qᵒdā aīal non ē hō: ꝯuerteret̄: q̇dā hō nō ē aīal:
⁊ ſic ē falſa: ⁊ ſic pōt dici de alijs ſil'ibꝰ. Vn̄ v'ſus. Feci ſimpl'r
ꝯuertit̄ eua ꝑ acci. ¶ In ꝓpōnibus q̄ concordāt ī ſil'i ſubiecto
⁊ p̄dicato fiūt q̄ttuor oppoſitiones. ſ. ꝯtraria ꝯtradictoria ſub-
contraria ⁊ ſubalterna. Cōtrarie oppoſita ſūt vl'is affirmatiā
⁊ vl'is netgatiā ꝯcordantes ī ſubiecto ⁊ p̄dicato. vt dicēdo: oīs
bonitas eſt magna: nulla bonitas eſt magna ⁊ ſic de alijs. Cō
tradictorie oppoſita ſunt vl'is negatiua: ⁊ ꝑticularis affirma-
tiua. vel vl'is affirmatiua. ⁊ particularis negatiua. De primo
ſic: nulla bonitas eſt magna / quedā bonitas eſt magna. De
ſecundo ſic: omnis bonitas eſt magna: quedā bonitas non eſt
magna ⁊c. Subalterne ſunt vniuerſalis affirmatiua ⁊ parti
cularis affirmatiua vel vniuerſalis negatiua ⁊ particularis
negatiua. De primo ſic: omnis bonitas eſt magna: quedam
bonitas eſt magna. De ſecūdo ſic: nulla bonitas eſt magna:
quedā bonitas non eſt magna. ⁊ ſic de alijs. Subcontrarie
ſunt particularis affirmatiua: ⁊ particularis negatiua con-
cordātes in ſubiecto ⁊ predicato. vt dicendo ſic: quedaꝫ boni-
tas eſt magna quedam bonitas non eſt magna. ⁊ ſic de alijs
ſicut patet in ſequenti figura. Et ſicut dicitur de particula-
ri: ita poteſt dici de infinita ⁊ ſingulari.



(c) 2006 Ministerio de Cultura




VExtrema propõnis cathegorice ſunt ſubiectū ⁊ p̄dicatū· Cathegorica ē duplex. q̄daꝫ ē d̄ diſiūcto extremo. alia d̄ copl'ato extremo. Illa cathegorica eſt de diſiūcto extremo in cuius ſubiecto vel p̄dicato ponit̃ diſiūctiua coniūctio: vt bonitas vel magnitudo ē ꝑ ſe magna ⁊c̄. vel diſcēdo ſic: hō eſt aīal vel lapis. Illa cathegorica ē de copulato extremo: ī cuius ſubiecto vel p̄dicato eſt copulatiua cōiunctio. vt bōitas ⁊ magnitudo ſunt amabiles. vt dicēdo ſic bonitas ē magna ⁊ potens Et aliq̄n eſt cathegorica de vtroqꝫ extremo diſiūcto vel copulato. ⁊ aliq̄n de vno extremo diſiūcto ⁊ alio copl'ato. ¶ Cōtradictio eſt affirmatio ⁊ eiꝰ cōtradictoriū negatio ad idē ꝺm idē ſimiliter ⁊ in eodē tempore predicare. vt dicēdo aqua eſt calida ⁊ frigida ſimul: hō ē rōnalis ⁊ irrationalis: ſil'r deus ē finitus ⁊ infinitꝰ ⁊c̄.

## De ypothetica propoſitione.

PRopoſitio ypothetica eſt oro: ī q̄ due cathegorice ꝑ cōiūctionez ad inuicē vniuntur. vt bonitas eſt magna ⁊ mag

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nitudo eſt bona ꝛc. ¶ Propoſitio ypothetica ē ſextuplex .ſ. co
pulatiua/diſiunctiua/cōditiōalis/rōalis/temporalis/loca-
lis. Copulatiua eſt illa ipothetica: in q̄ ſunt due cathegorice
cōiuncte per cōiunctionē copulatiuā. vt bōitas eſt magna: ⁊
dr̄a ē cōcordans ꝛc. Diſiūtciua eſt illa ipothetica in q̄ ſūt due
cathegorice cōiūcte ꝑ cōiūtionē diſiūtiuā vt hō eſt aīal: vl' leo
eſt ſenſibil'. ꝛc. Cōditional' ē illa ipothetica: ī q̄ ſūt due cathe-
gorice cōiuncte ꝑ hāc dictionē ſi: vt ſi duratio ē potēs: ptās eſt
durās ꝛc. Rōnalis ē illa ipothetica: in q̄ ſunt due cathegorice
cōiuncte ꝑ has coniūtiones igiť vl' ergo. vt ſapiētia ē amabil':
igiť bonitas eſt potēs. ꝛc. Tp̄alis ē ipothetica: in q̄ ſūt due ca-
thegorice cōiunte cuꝫ aduerbio tp̄ali. vt bonitas ē magna: qñ
magnitudo ē bona ꝛc. Localis ē illa ipothetetica: ī q̄ ſūt due
cathegorice ꝯiūte cum aliquo aduerbio locali vt virtus: ē vbi
iuſtitia eſt ꝛc. ¶ Ad hoc ꝙ copulatiua ſit vera reqriť ꝙ ambe
ſue cathegorice ſint vere. ſed qñ aliq̄ cathegoricarum eſt falſa
tunc ipa eſt falſa. vt dicēdo: hō eſt aīal ⁊ hō eſt capra. ⁊ iō dr̄ co
pulatiua pro vna p̄te falſa: tota falſa. Ad hoc ꝙ diſiūctiua ſit
vera: ſufficit aliquā ſuaꝝ cathegoricaruꝫ eſſe verā. vt dicendo
bonitas eſt virtuoſa: vl' hō non eſt aīal ꝛc. iō dr̄ diſiūctiua vna
parte vera: tota vera: ſꝫ ad hoc ꝙ diſiunctiua ſit falſa: oportet
ꝙ ābe ſue cathegorice ſin falſe. vt dicēdo: hō ē irrōnalis: vel la
pis ē aīal ꝛc. Ad veritatē cōdictiōal' reqriť: qꝺ āñs neq̄at ſtare
ſine ꝯñti. vt ſi tu es hō: ergo tu es ens. ad cuius cognitionem
hñdā cōſidereť ſi oppoſitū ꝯñtis repugnat añcedēti. ad falſi-
tatē vero reqriť: ꝙ āñs poſſit ſtare ſine cōſequēte. qꝺ etiaꝫ po-
terit videri cōſiderando: ꝙ oppoſituꝫ ꝯñtis non repugnat an-
tecedēti ꝛc. ¶ Oīs porpoſitio ē neceſſaria poſſibilis: impoſſi-
bili: vel cōtigēs. Neceſſaria eſt illa: q̄ ſic eſt vera: ꝙ nullo modo
pōt eſſe falſa. vt dicēdo: deus ē bonꝰ magnꝰ ⁊ eternꝰ: hō ē aīal
ꝛc. Poſſibilis ē illa: q̄ pōt eſſe vel nō eſſe. vt hō eri ſcolaris: hō

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non erit cerdo ꝛc. Sed quando illud quod poterat eſſe eſt: eſt contingens. vt galcerandus eſt ſcolaris vel ipſe eſt luſoꝛ ꝛc. Impoſſibilis eſt illa: que ſignificat rē: que nullo modo poteſt eſſe. vt homo eſt irrationalis: homo non eſt animal ꝛc.

## De pꝛedicabilibus ꝛ pꝛedicamentis.

Quinqꝫ ſūt p̄dicabilia. ſ. genus: ſpecies: dr̄a: pꝛopꝛiū: ꝛ accidens. ¶ Genus eſt ens: quod pꝛedicatur de pluribꝰ differentibus ſpecies. ſicut de angelis celis ꝛ bꝛutiꝫ. animalibꝰ: ꝛ hoīe q̄ differunt ſpecie. ¶ Species ē ens: quod pꝛedicatur de pluribus differentibus numero. Hec enim difinicio non tenet in omnibus veritatē: niſi in ſpecie humana: ꝛ bꝛutiꝫ aīalibus. in angelis autē celis. elēis. ꝛ in quodā aīali qd̄ fenix diciť nō eſt vera: qꝛ quolꝫ iſtoꝝ eſt ſua met: ſpēs ꝛ ſaluať ī vnico indiuiduo ꝛc. ¶ Differentia eſt ens ꝑ qd̄ quedā ab alijs differūt. ſicut rationale ꝛ irrationale que ſunt due dr̄e per quas homo ꝛ animal bꝛutū īter ſe differunt ꝛc. ¶ Pꝛopꝛiū eſt id: quod vni conuenit: ꝛ alteri non. vt homini conuenit: ꝙ ſit riſibilis/cani latrabilis ꝛc. ¶ Accidēs eſt ens: qd̄ nō ꝑ ſe nec īſe exiſtere poteſt. ¶ Pꝛedicamenta ſunt decē. ſ. ſubſtantia: quantitas: qualitas: relatio: actio: paſſio ſitus: quando: vbi: ꝛ habitus. Et quolibet iſtoꝛū eſt genus generaliſſimum: quia reperitur in angelis celis: ꝛ in omnibus que ſub ipſis continenť. vſqꝫ ad indiuidua nature humane.

(c) 2006 Ministerio de Cultura




(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sicut eſt facta iſta arbor ī predicamento ſubſtātie: ita pōt fieri ī alijs predicamētis ꝑpter hoc vt appareāt ad ſenſum ea: q̄ ſunt ſuperiora ⁊ īferiora ī quolꝫ p̄dicamēto. vt ꝑ talē cognitionē meliꝰ poſſit hō rex ꝟitates inq̄rere: ⁊ eas facilius īuenire.

## De argumentatione

Argumētū eſt ſmonū aggregatio: ex q̄bus alij ſmones ſequunt̄. vt bōitas ē: ergo aliquid eſt. Argumentū ē tota ōrō ex antecedēte ⁊ ꝯñte cōpoſita. ¶ Argumentum hꝫ q̄ttuor ſpēs. ſ. ſillogiſmuꝫ: īductionē: entimema: ⁊ exēplū. ¶ Probatio ē argumētuꝫ: in quo veritas ē apparēs. Et pōt fieri tribus modis. ſ. auctoritate/neceſſaria rōne: ⁊ demōſtratione. ¶ Demōſtratio ē manifeſtatio alicuiꝰ ignoti ꝑ aliqd̄ notuꝫ. vel minus noti ꝑ magis notuꝫ. Et pōt fieri tribꝰ modis. ſ. ꝑ quid/ꝑ q̄r ⁊ ꝑ equipātiā. ¶ Demōſtratio ꝑ quid ē qñ effectus demonſtrat̄ ꝑ cauſaꝫ vel inferiꝰ ſeu poſteriꝰ ꝑ ſuperiꝰ ſiue priꝰ. ſic hec creator: ergo creatura: ē cā ergo effectus ⁊ ſic de ſil'bus. Demōſtratio ꝑ q̄r ē: qñ ꝑ effectum cauſa demonſtrat̄ vel qñ ꝑ īferius ſeu poſteriꝰ demōſtrat̄ ſuperius vel prius. vt iſta: eſt creatura: ergo eſt creator: eſt effectus: ergo ē cauſa totum: eſt: ergo ꝑtes ſunt ⁊c̄. Demōſtratio per equiperātiā eſt qñ aliquid aquale ignotū vel equale minus notū demōſtrat̄ ꝑ eq̄le magis notū. ſic ꝑ intelligere ⁊ amare dei q̄ ſunt equalia ⁊ magis nota nobis: demōſtramꝰ intellectuꝫ: ⁊ volūtatem dei que ſunt minus nota nobis ⁊ equalia: ⁊ ſimiliter ē ens: ergo bonū magnū ⁊c̄. Et hec eſt magis bona ⁊ magis neceſſaria probatio q̄ due predicte. quoniā per ipſaꝫ altiora demōſtrantur.

## ¶ De ſillogiſmo.

Sillogiſmus eſt argumētatio in qua ex duabus premiſſis propoſitionibus in debito modo ⁊ figura ordinatis ſeq̄tur ꝯcluſio. Sillogiſmꝰ ī ſe debꝫ hr̄e duas premiſſas ⁊ vnā ꝯcluſionē. vt dicēdo ſic: oē bonū ē amabile: oīs ꝟtꝰ ē bōna: ergo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Eccº 1

oīs ꝟtus ⁊ amabilis. Et iſtaruꝫ duaꝝ ꝓmiſſaꝝ prima dr̄ ma
ior/ſcḋa minor. ⁊ iſta q̄ ſequit̄ ex ipīs vocat̄ cōcluſio. ¶ Tres
termini ſunt neceſſarij ad faciendū ſillogiſmū. quoꝝ vnus
dr̄ mediū/aliꝰ maior extremitas/aliꝰ minor extremitas. Me
diū eſt ille terminus: q̄ ponit̄ bis ante cōcluſioneꝫ. ſ./ſemel in
premiſſa maiori ⁊ ſemel in minori. Maior extremitas eſt ille
terminus: q̄ cū medio facit primā ꝓpoſitionē. Minor extre/
mitas eſt ille terminꝰ: q̄ cuꝫ medio facit ſcḋam propoſitioneꝫ
Mediuꝫ nunq̄ꝫ debet poni in cōcluſione. ſꝫ ipſa debet fieri ex
maiori. extremitate ⁊ minori. ¶ Et oīa iſta patēt ī ſillogiſmo
predicto. ¶ Et eſt notandū: ꝙ q̄daꝫ eſt cōcluſio directa/ ⁊ q̄dā
indirecta. Cōcluſio directa eſt illa: ī qua maior extremitas p̄/
dicatur de minori. Concluſio indirecta eſt illa in qua minor
extremitas de maiori. ¶ Etiā eſt notāduꝫ: ꝙ oīs bonꝰ ſillogiſ/
mus debet eſſe in figura ⁊ modo. Figura eſt debita ordinatio
terminorū in ſubijciēdo ⁊ in predicando. Figure ſillogiſmo/
rum ſunt tres. ⁊ q̄libet figura habet ſuos modos. Modus eſt
debita ordinatio propoſitionuꝫ in quantite ⁊ qualitate. In
modis figurarū ſunt iſte vocales. ſ. a. e. i. o. A. eſt vniuerſalis
affirmatiua. e. vl'is negatiua. i. ꝑticularis affirmatiua. o. par/
ticularis negatiua vnde ꝟſus. Aſſerit. a. negat. e. vniuerſalit̄
ambe. Ponit. i. remouet. o. ꝑticulariter ambo. ¶ Conditiōes
gn̄ales ad oēs figuras ſunt quīq3 Prima: ꝙ ī ſillogiſmo aliq̄
premiſſarū ſit vl'is Scḋa: ꝙ in oī ſillogiſmo aliqua premiſſaꝝ
ſit affirmatiua. Tertia: ꝙ ſi aliqua premiſſaruꝫ ſit particula
ris: cōcluſio ſit particularis. ſed non econuerſo. Quarta ꝙ ſi
concluſio ſit negatiua: aliqua premiſſarū eſt negatiua. ⁊ non
conuerſo. Propter ꝙ eſt notandum: ꝙ in ſillogiſmo ex puris
negatiuis: ⁊ ex puris particularibus nihil ſequitur. Quinta:
ꝙ in nulla figura medium ponatur in concluſione.

## De prima figura.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

PRima figura ē illa: in q̄ terminus q̄ eſt ſubiectū ī premiſſa maiori: ē p̄dicatū in minori. vt dicēdo oē bonū eſt verū duratio eſt bona: ergo duratio eſt vera. Et habet quatuor modos directe cōcludētes: ꝛ quinqꝫ indirecte concludētes. Quatuor ꝛ primi ſunt: qui ſignificātur per iſtas dictiōes barbara: celarent: darij: ferio. Primus modus conſtat ex premiſſis. a. cōcludentibus. a. vt ſic. omne bonum eſt durans: omnis magnitudo eſt bona: ergo omnis magnitudo eſt durans. Secundus modus fit ex maiori p̄miſſa. e. ꝛ minori. a. cōcludentibꝰ. e. vt ſic. nullum malū eſt amabile: oē vitiū ē malū: ergo nullū vitiū eſt amabile. Tertiꝰ modus fit ex maiori. a. ꝛ minori. i. cōcludentibus. i. vt oīs poteſtas ē intelligibilis: deus ē poteſtas: igitur deꝰ ē intelligibilis. Quartꝰ modꝰ fit ex maiori. e. ꝛ minori. i. cōcludētibꝰ. o. vt nullū ſp̄uale ē viſibile: quidam angelus eſt ſp̄ualis: ergo q̄dā angelꝰ nō ē viſibil'. Quinqꝫ aūt modi indirecte concludētes ſunt: q̄ ſignificātur p iſtas dictiones. baraliptō celantes/dabitis/fapeſmo/friſeſmorū. Baraliptō cōſtat ex maiori. a. ꝛ minori. a. cōcludētibus. i. vt oē bonū eſt poſitiuū: q̄cq̄d deus facit ē bonū: ergo poſitiuum facit deꝰ Celantes cōſtat ex maiori. e. ꝛ minori. a. cōcludētibꝰ. e. vt nullū v̄tuoſuꝫ ē vicioſuꝫ: oīs gl'ia ē virtuoſa: ergo nullū vicioſum eſt gl'ia. Dabitis. cōſtat ex maiori. a. ꝛ minori. i. cōcludētibus i. vt oē ens eſt ītelligibile: quoddā p̄ticulare ē ens. ergo q̄ddaꝫ intelligibile ē p̄ticulare. Fapeſmo cōſtat ex maiori. a. ꝛ minori. e. cōcludētibus. o. vt oīa noua placēt: nullū antiquū eſt nouum: ergo quoddā placidū non ē antiquū. Friſeſmorū cōſtat ex maiori. i. ꝛ minori. e. cōcludētibus. o. vt q̄dam hō ē ſeruitor dei: nullus aſinus ē hō: ergo ſeruitor dei non eſt aſinus. ¶ Cōdictiōes prime figure ſunt due. Prima: ꝙ in ipſa cōcludit̄ oē genus propoſitiōuꝫ. ſ. v'lis affirmatiua ꝛ negatiua ꝛ p̄ticularis affirmatiua ꝛ negatiua. Scd'a: ꝙ mediū ſit in maiori ſub

(c) 2006 Ministerio de Cultura

iectū ⁊ in minori predicatum.

## De ſecunda figura.

SEcūda figura ē illa: ī qua terminus q̄ ē p̄dicatū in maiori ē p̄dicatum in minori. vt dicēdo: nullū aīal eſt plāta: oīs herba ē planta: ergo nulla herba ē aīal. Et hȝ q̄ttuor modos: q̄ ſignificantur ꝑ iſtas dictiones ceſare/cameſtres/feſtino/baroco. Primꝰ modꝰ fit ex maiori. e. ⁊ minori. a. cōcludentibꝰ e. vt ī ſillogiſmo p̄dicto. Scd's modꝰ fit ex maiori. a. ⁊ minori e. cōcludētibus. e. vt oīs hō ē aīal: nullus lapis ē aīal: igit̄ nullus lapis eſt hō. Tertiꝰ modꝰ fit ex maiori e. ⁊ minori. i. ꝯclutibꝰ. o. vt ſic: nulla v̄tus ē odibilis: qđdam viciuȝ ē odibile: ergo qđdam viciū non ē v̄tꝰ. Quartus fit ex maiori. a. ⁊ minori. o. cōcludetibus. o. vt ſic: oē creatū ē bonū: peccatuȝ non eſt bonuȝ: igitur peccatū nō eſt creatū. ¶ Cōdictionis ſecūde figure ſūt due. Prima: ꝙ mediū in vtraqȝ ſit predicatuȝ. Secunda: ꝙ maior ſit vniuerſalis in quocunqȝ modo.

## De tertia figura.

TErtia figura ē illa: in q̄ terminus q̄ eſt ſubiectum in maiori: eſt ſubiectū in minori. Et habet ſex modos. q̄ ſignificātur ꝑ iſtas dictiones darapti/felaptō/diſamis/datiſi/bocardo: feriſon. Primus modꝰ cōſtat ex p̄miſſis. a. cōcludētibꝰ. i. vt oīs bonitas eſt magna: omnis bonitas eſt durans: ergo quoddā durās eſt magnū. Secundꝰ modus fit ex maiori. e. ⁊ minori. a. cōcludētibus. o. vt ſic: nullū bonuȝ ē vicioſuȝ: oē bonum ē amabile: igitur quoddā amabile nō eſt vicioſum. Tertius modus fit ex maiori. i. ⁊ minori. a. cōcludentibus. i. vt ſic quedā bonitas eſt eternitas: oīs bonitas ē magna: ergo quoddam magnū ē eternitas. Quartus modꝰ fit ex maiori. a. ⁊ minori. i. cōcludētibꝰ. i. vt ſic: oīs hō eſt rōnalis: quidā hō eſt cer-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

do:igitur quidaꝫ cerdo eſt rōnalis. Quint⁹ fit ex maiori.o.ꝛ minori.a.cōcludentibus.o.vt quoddam ſenſibile eſt immortale:oē ſenſibile eſt viſibile:igit̄ quoddaꝫ viſibile non eſt mortale. Sextus fit ex maiori.e.ꝛ minori.i. cōcludētib⁹.o. vt nullum intellectuale eſt coloratum:quoddam intellectuale eſt anima:ergo quedaꝫ anima nō eſt colorata. ¶ Conditiones tertie figure ſunt tres. Prima:ꝙ medium in vtraqꝫ ſit ſubiectū: Secūda:ꝙ minor ſit affirmatiua. Tertia:ꝙ nō cōcluditur niſi particulariter.

INductio eſt argumētatio:in qua arguitur a ſingularibus ſufficienter numeratis ad ſuaꝫ immediatam vniuerſaleꝫ vt petrus eſt bonus ioannes eſt bonus ꝛ ſic de alijs.ergo omnis homo eſt bonus. ¶ Entimema eſt argumentatio: in qua arguit̄ ab vna ſola premiſſa ad concluſionē. vt oīs hō eſt animal:ergo petrus eſt animal.ꝛ ſic de alijs. ¶ Exēplum eſt argumentatio:in qua arguit̄ ab vno particulari ad aliqđ per aliud ſile in eis repertuꝫ.vt ſic:petrū ſeruire deo bonum eſt:igitur martinuꝫ ſeruire deo bonuꝫ eſt. ſimiliter magnitudo eſt amabilis:igitur duratio eſt amabilis.tenet argumentum per hoc ſimile:quod eſt bonum:eo quia oē bonum eſt amabile.

## De locis.ꝛ primo de loco a maiori.

LOcus a maiori eſt argumentum:qđ fit de maiori ad minus.vt ſic:deus pōt munduꝫ creare:igitur pōt ipſuꝫ conſeruare.vel ſic:rex pōt habere cētum milites:ergo pōt habere quinquaginta.ꝛ hoc affirmatiue. Sed negatiue ſic: rex non pōt ex expugnare caſtra:ergo nec miles.ſilr:ignis non poteſt cōburere lignuꝫ:ergo nec aer ꝛc̄. Et ſic patet:qualiter per iſtū locum pōt hō arguere affirmatiue ꝛ negatiue.vt ſupra patet. ¶ Conditio huius loci eſt:ꝙ magis ꝛ minus cōcordēt in hoc in quo de vno ad aliud arguit̄. Et propter hoc non ſequit̄ hō

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non poteſt facere poma: ergo nec pomerius. rō q̄re non va-let: q̄a homo ꝛ pomeri⁹ non concordāt in faciēdo poma. nec ꝑ conſequēs homo eſt maior pomerio: nec econuerſo ī hoc qđ eſt facere poma. ꝛ ſic de alijs.

## De loco ab equali.

LOcus ab equali eſt argumētū: qđ fit de equali ad equa-le. vt homo eſt cōpoſit⁹ ex aīa ꝛ corpore: ergo ſenſualis creatura ꝛ intellectualis ē cōpoſita ex aīa ꝛ corpe. ſilr̄ dicen-do: riſibile ē bonū: ergo homo ē bon⁹. vel ſic diuina bonitas ē infinita ſine quātitate: ergo diuina poteſtas ē infinita ſine quātitate. ¶ Conditio hui⁹ loci eſt ꝙ res eq̄les concordent in hoc in quo de vno ad aliud arguitur. ꝛ propter hoc non ſequitur raymundus eſt medicus: ergo ioannes eſt medicus. quia poteſt eſſe cerdo. ꝛ ſic de alijs.

## De loco a minori.

LOc⁹ a minori eſt argumētum qđ fit de minori ad maius. vt ſic: miles pōt hēre equū: ergo rex pōt here equum. Hō non pōt ferre decē quintalia. ergo non pōt ferre viginti. Aer pōt calefacere. ergo ignis. Ita ꝙ iſte loc⁹ procedit affirmati-ue ꝛ negatiue. ſicut dictū ē de loco a maiori. ¶ Conditio hui⁹ loci ē ꝙ min⁹ ꝛ mai⁹ ꝯcordēt ī hoc đ quo đ vno ad aliđ arguit̄. Et propter hoc nō ſequit̄ aq̄la poteſt volare igit̄ homo poteſt volare. qm̄ hō ꝛ aquila nō cōcordant in volare. ꝛ ſic de alijs.

## De conſequentijs.

PRincipia cōſequētie ſunt añcedēs ꝛ conſequēs ꝛ nota cō-ſequētie. añs ē illud qđ ponit in neceſſitate hoc qđ ꝑ ipm̄ ſequitur. Conſequēs eſt illud qđ neceſſitate ē añ ſe oſtendit. Nota conquētie dr̄ illa coniūctio mediāte qua propoſitio q̄ ē an-tecedēs ꝛ illa q̄ eſt conſequēs coniūgunt̄. ſicut ſunt igit̄. ergo ꝛ ſilia. ¶ Conſequētia ē q̄dā rōcinatio: in q̄ eſt añcedēs ꝛ ꝯſeq̄ns



(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum nota conſequētie. vt dicēdo bonitas eſt: igiť duratio. Similiter bonitas eſt magna. igiť bonitas ē durās. Siľr hō eſt igiť corpꝰ ⁊ aīa ſunt. Siľr angelꝰ eſt. ergo intellectuale eſt ⁊c.

## De fallacijs.

Paralogiſmꝰ eſt argumētuz indicās eſſe verum: qđ falſuz ē ⁊ econuerſo. Et ideo diciť paralogiſmꝰ q̄ſi apparēs ſillogiſmꝰ. Paralogiſmꝰ fit duobꝰ modis. vno mō in dictione: alio mō extra dictionē. Paralogiſmꝰ ī dictiōe fit ſex mōis. ſcꝫ ꝙ fallacie in dictiōe ſunt ſex. ſ. equocatio. amphibologia: cōpoſitio: diuiſio: accētus: figure dictiōnis. Et dicunť in dictione ex eo: qꝛ ī dictiōe ⁊ ꝑ dictionē fit deceptio. vt patebit īferiꝰ

## De fallacia equiuocationis.

Fallacia equocationis eſt deceptio proueniēs ex eo ꝙ aliq̄ dictio plura diuerſimode ſignificat. ſicut hec dictio canis ſignificat canē latrabilē: ⁊ quēdaz piſcē marinū: ⁊ quodaz ſignū celi. et fit vnus peralogiſmus ſic. Oīs canis eſt latrabilis: ſidus celeſte ē canis: ergo celeſte ſidus ē letrabile. Et aſignamus iſtā camerā. b. f. c. ꝑ. b. ītelligimꝰ drāz inter corpꝰ animatuz ⁊ in animatū ꝑ. f. intelligimus ꝙ corpus aīatum: ⁊ in aīatū no ꝯiungiunť rōne ſpeciei ꝑ. c. intelligimꝰ ꝙ corpꝰ animatū habet correlatiua ſenſibilia: ⁊ in animatum non.

## De fallacia amphibologie.

Fallacia amphibologie eſt deceptio proueniēs ex eo ꝙ orō penitꝰ eadē plura ſignifacat. ſicut hec oratio liber magiſtri habet duos ſenſus. vnꝰ eſt liber magr̄i. i. factus a magr̄o. alliꝰ ē liber magr̄i. i. poſſeſſus a magr̄o. ⁊ formať ꝑalogiſmus ſic quidquid eſt ariſtotelis poſſidetur ab ariſtotele. ſꝫ liber iſte eſt ariſtotelis: ergo poſſidetur ab ariſtotele. Ad iſtam fallaciā aſſignamus iſtam camerā. d. f. h. per. d. cognoſcimus ꝙ ſua

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tertia ſpecies ſignificat ꝙ iſte liber non eſt poſſeſſ⁹ ab ariſtote le: cum non ſit poſſeſſus niſi per hominem coniunctū anime rationali ⁊ ceteris. vt patet ꝑ ſcđaȝ ſpecieȝ regule. d. f. ſignificat medium mēſurationis: coniunctionis. ⁊ cōtinuationis ī ſubiecto īquo eſt. h. vero ſignificat ꝙ liber ꝙ̄ iniſto nūc eſt: nō eſt poſſeſſus ab ariſtotele eo quia mortuus eſt.

## De fallacia compoſitionis.

Fallacia cōpōnis eſt deceptio proueniēs ex potētiali multiplicitate alicui⁹ orationis. cui⁹ dictiones adinuicem cōponi poſſunt. ⁊ in ſenſu compoſito ſunt falſe. ⁊ in ſenſu diuiſo ſunt vere. ⁊ formatur ſic per alogiſmus. Quocunqȝ eſt poſſibile eſſe album: poſſibile eſt ꝙ ipſum ſit album: ſed nigrum poſſibile eſt eſſe album: ergo poſſibile eſt ꝙ nigrium ſit albū. Et aſignamus iſtam cameram d. f. e. per. d. intelligimus contrarietatē: per. f. intelligimus ꝙ album ⁊ nigruȝ non conſtituūt coniungendo medium extremitatū in colore: per. e. intelligimus ꝙ poſſibile eſt hoc ꝙ eſt ſecundū ſua pricipia ex q̄bus eſt vt patet per ſpeciem primaȝ regule. e Concluditur ergo ꝙ impoſſibile eſt ꝙ album ſit nigrum.

## De fallacia diuiſionis.

Fallacia diuiſionis eſt đceptio ꝓueniēs ex potentiali multiplicitate alicui⁹ orationis. cuius dictiones adinuicē diuidi poſſūt. ⁊ in ſenſu diuiſo eſt falſa. in compoſito auteȝ vera ſicut hec oratio. omnis creatura eſt ſenſualis vel intellectualis poteſt habere duos ſenſus. vnus eſt ꝙ omnis creatura ſit ſenſual'. vel' oīs creatura ſit ītellectual'. ⁊ ſic eſt falſa. vel pōt eē iſte ſenſ⁹ oīs creatura ē ſenſual' vl' ītellectual' ſimul. ⁊ ſic ē vera Ad iſtam deceptionē iſtam cameram aplicamus. c. f. g. per. c. ꝯgnocimus ꝙ qn̄ vna dictio eſt in vno ſubiecto cū ꝯcordantia correlatiuorū ſubiecti. ſequit̄ vnū ſignificatū. vt pȝ ꝑ ſcalaȝ. c.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

i ſcđa figura.per.f.cognoſcim⁹ ꝙ encia ſperitualia et ſenſua-
lia non ſunt coiuncta:neqʒ menſurant̄ in eadē ſpecie ꝑ mediū
continuum.per.g. datur intelligi ꝙ enti ſpūali propriū eſt in
corruptibilitas ſimpliciter:non aūt ſenſuali creature.

## De faliacia accētus.

FAllacia accētus eſt deceptio proueniens ex eo ꝙ aliq̄ dic-
tio pronunciata diuerſimode diuerſa ſignificat.⁊ poteſt
ſic formari ꝑalogiſmus.Oīs popul⁹ eſt arbor:ſed aliq̄ gens ē
popul⁹:ergo aliq̄ gens eſt arbor. Ad deceptioneʒ iſtaʒ:aplica
mus camerā.b.c.f.ꝑ.b.intelligim⁹ differētiā inter vnū acen-
tum ⁊ aliū:⁊ ꝑ.f. ꝯiūctionē ⁊ mēſurationē: ⁊ ꝑ.c. ꝯcordant ad
vnuʒ ſignificatū ſcđm vocē:qꝛ popul⁹ cū ꝑma ſillaba lōga ſi-
gnificat arborē cuʒ breui gentem.

## De fallacia figure dictionis.

FAllacia figure dictionis eſt deceptio q̄ fit ex eo ꝙ aliq̄ dic-
tio eſt ſimilis alteri dictioni.⁊ vr̄ eundē modū ſignificādi
habere.ſʒ tñ non habet ⁊ format̄ ſic ꝑalogiſm⁹. Quicq̄d heri
vidiſti hodie vides:ſʒ heri vidiſti albū:ergo hodie vides albū.
Ad iſtuʒ ꝑalogiſmū aplicam⁹ camerā.b.f.g.ꝑ.b. intelligim⁹
differētiā inter q̄d ⁊ q̄le:ꝑ.f. ꝙ non ꝯiungunt̄ neqʒ mēſurant̄
ad idē obiectuʒ i numero poſ ꝙ diuerſa ſunt:ꝑ.g.ītelligim⁹
ꝙ proprie q̄d req̄rit ſuum ſignificatū ⁊ quale ſimiliter:qꝛ q̄d
dicit ſubſtātiā:q̄le vero accidens.

## De fallacijs extra dictionem.

FAllacie extra dictionē ſunt ſepteʒ.ſ.accidentis/ ſcđm q̄d ⁊
ſimpliciter/ignorantie elēchi/petitionis principij / conſe
quentis/non cauſe vt cauſa/ſcđm plures interrogationes vt
vna.Et dicuntur extra dictionem quia fit fallacia de ſophiſti
cis propoſitionibus. Et cauſa apparēs ſumitur ex parte rei.
Et in hoc differunt a fallacijs in dictione.inquibus cauſa ap

(c) 2006 Ministerio de Cultura

parēs ſumitur ex parte vocis.

## De fallacia accidentis.

Fallacia accidētis eſt deceptio q̄ fit ex eo ꝙ aliq̄d ſignificat ſimpl'r ineſſe vtriqꝫ eorū q̄ aliq̄liter ꝑ accidens vnū ſunt: ⁊ ſic peralogiſmus formatur. Cognoſco petrum ſed petrus eſt veniens: ergo cognoſco veniente̅. ¶ Ad iſtā deceptionez camerā. b. f. c. aſignamus per. b. intelligimus differentiā inter ſenſibile ⁊ ſenſibile: nā vn⁹ eſt petr⁹: ⁊ alius eſt veniens per. f. cognoſcit̃ ꝙ veniēs ⁊ petrus non ſunt in medio ꝯtinuo extremitatuū: ꝑ. c. intelligimus ꝙ petrus poteſt eſſe in via ſedēs: ⁊ alius homo ſit veniens.

## De fallacia ſecundum quid ⁊ ſimpliciter.

Fallacia ſecundū q̄d ⁊ ſimpl'r eſt d̄ceptio q̄ fit ex eo ꝙ dictū ſcd̄m q̄d ſumitur tanq̄ ſi eſſet ſimpl'r. ⁊ format̃ ſic ꝑalogiſmus. Oīs hō cui in eſt albedo eſt albus: ſed ſortes eſt alb⁹ quo ad dentes: ergo ſortes eſt albus. ¶ Ad iſtam deceptione̅ aplicamus camerā. c. f. i. ꝑ quartā ſpecie̅ regule. c. ītelligim⁹ ꝙ ethyops hēt albedine̅ in dētib⁹ ⁊ in oculis ⁊ in vnguib⁹ ⁊ ī corꝑe nigredīe̅: ꝑ. f. ītelligim⁹ ꝙ illa albedo nō ē ꝯtinuata ꝑ totū corp⁹. ꝑ. i. ītelligim⁹ ꝙ eſt alb⁹ ī vno loco ⁊ niger ī alio.

## De fallacia ſecundum ignorantiā elenchi.

Fallacia ignorantie elenchi eſt d̄ceptio q̄ fit ex eo ꝙ nō ſeruant̃ ea q̄ req̄runt̃ ad diffinitione̅ cōtradictionis: ⁊ formatur ſic ꝑalogiſm⁹. Duo ſunt duplū ad vnum: ſed duo nō ſunt dupluz ad tria: ergo duo ſunt duplū ⁊ non dupluz. Non valet quoniam omiſſio huius ꝙ eſt eſſe idez no eſt ꝯtradictio: ⁊ hoc ꝑ ſecūdaꝫ ſpecieꝫ regule. c. denuntiatū eſt. ¶ Ad iſtā deceptionem aplicamus. b. f. c. ꝑ. b. intellimus ꝙ duo differūt ab vno ⁊ econuerſo. per. f. ītelligimus ꝙ plus ſūt duo quā vnū in q̄ntitate diſcreta. per. c. intelligimus ꝙ duo concordant impari



(c) 2006 Ministerio de Cultura

numero: ⁊ tres ī impari numero concordant.

## De Fallacia peticionis principij.

FAllacia petionis principij eſt deceptio que fit ex eo ꝙ idem ſumitur ad probationē ſui ipſius ſub alio vocabulo. ⁊ formatur ſic palogiſmus. omne animal rōnale curit: ſet homo eſt animal rōnale ergo homo curit. ¶ Ad iſtā deceptionē apli. camerā .e.f.h.p.e intelligimus ꝙ principiū nō ꝓbatur in maiori ꝓpoſitione ſed ſuponit tantum: p.f. intelligimus ꝙ maior propoſitio ⁊ minor nō ſunt coniuncte eo qꝛ maior propoſitio eſt poſitiua: ⁊ minor q̄dem in diget probatione maioris: p.h. ītelligim⁹ qd aīal racionale nō oī tēpore curit:

## De Fallacia conſequentis.

FAllaſia conſeqntis eſt deceptio que fit ex eo ꝙ conſequens extimatur omnino idem eſſe antecedenti: ⁊ formatur ſic Palogiſm⁹. Si aſin⁹ eſt: aīal eſt: ſed tu es aīal: ergo tu es aſin⁹ vel ſic ſi leo eſt: animal eſt ſed tu es animal: ergo tu es leo. ⁊ aliter poteſt dici: ſi angelus eſt: ſubſtantia eſt: ſed homo eſt ſubſtantia: ergo homo eſt angelus. Et etiā ſic: ſi deus eſt: ens bonum/magnum/durans eſt: ſed homo eſt ens bonus/magnus/durans: ergo homo eſt de⁹ infinit⁹ ⁊ eternus. ⁊c. ſimilia: non valet: non enim conſequentia primo poſita conuertitur. Ad iſtā deceptionē aplicam⁹ cameraꝫ .b.f.d.p.b. ītelligimus aſinū ⁊ animal rationale diferentes ſpecie: eo quia differentia que eſt in ter ſenſuale ⁊ ſenſuale: non eſt illa que eſt in ter ſenſuale ⁊ inter intellectuale: pre.f. in telligimus ꝙ ſenſuale ⁊ intelletuale coniūguntur in homiue/⁊ non in aſino: p.d. in tellgimus ꝙ in homine coniūguntur ſenſuale ⁊ in tellectuale in coſtituendo ipſum hominem: in aſino vero non.

## De Fallacia non cauſe vt cauſa.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

FAllacia non cauſe vt cauſa eſt deceptio que fit ex eo ꝙ inter premiſſas ex quibus ſeqtur cõcluſio ponitur aliqua propoſitio que nihil facit ad concluſionē: ⁊ propter hoc dicit nõ cauſa. Cauſa autē hic dicit ꝙ ē cauſa ĩferēdo: ſcõꝫ qđ ꝑmiſſe dicunt eſſe cauſe concluſionis: ⁊ formatur ſic ꝑalogiſmus vt anima ⁊ vita ſunt idem: ⁊ mors ⁊ vita ſunt contraria. Generatio ⁊ corruptio ſunt cõtraria: ſet mors eſt corruptio: ergo vita eſt generatio: ⁊ viuere eſt generari ꝙ eſt impoſſibile. Ad iſtã deceptionē aplicamus ca.. b.f.c. ꝑ.b. ĩtelligimus differētiam inter animã ⁊ vitã: q̃ vita eſt ſuperius vt patet in brutꝭ ꝑ animã vegetatiuã ⁊ ſenſitiuam coniũctas: ⁊ ꝑ animaꝫ rationatiuam continuatam de ſenſuali ⁊ intellectuali intelligimꝰ differentiam per.f. intelligmus vitam anime rationalis non continuatã vite bruti. per.c. intelligimus ꝙ ĩ anima rationali vita eſt magnitudo continuata de intellectu: volũtate ⁊ memoria: in brutis vero ⁊ in plantꝭ nequaꝙ̃.

## De fallacia ſcd̃m plures interrogationes.

FAllacia ſcd̃m plures ĩterrotiones vt vna eſt deceptio que fit ex eo ꝙ ad interrogationem que eſt plures datur vna reſponſio. ex eo ꝙ de vno modo interrogandi proponitur: ⁊ formatur ſic paralogiſmus. Putas ne vt homo ⁊ aſinus ſint animal rationale: ⁊ ſi dicatur ſic procedatur homo ⁊ aſinus non ſunt animal rationale: ergo homo non eſt animal rationale. Ad iſtam deceptionem aplicamus iſtam cameraꝫ.b.f.c. per.b. intelligimus ꝙ differentia exiſtens inter ſenſuale ⁊ ſenſuale: difert a differentia exiſtente inter ſenſuale ⁊ intellectuale: ratione cuius homo ⁊ aſinus no poſſunt eſſe idem: ꝑ .f. intelligimꝰ ꝙ homo ⁊ aſinus non ſunt ſub vno medio continuo extremitatũ. per.c. intelligimus ꝙ homo ⁊ aſinus nõ concordant in eadem ſpecie neqꝫ in eodem medio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## De fallacia contradictionis.

Fallacia contradictiõis eſt deceptio depẽdens ab octo propoſitionib⁹ ſupradictis q̄ euident̄ cõcludunt cõtradictionẽ: quã ꝯpoſuimus in logica noua ꝑ modũ artꝫ generalis in venta: ⁊ forma t̄ ſic ꝑalogiſmus. Nullus lapis eſt viſibilis: quidã lapis eſt viſibilis: ergo quidã lapis eſt viſibilis ⁊ non viſibilis. Ad iſtum ꝑalogiſmũ aplicamus iſtam camerã .b.f.c.ꝑ.b. intelligim⁹ ꝙ eſt differẽtia ĩter lapidẽ viſibilẽ: ⁊ inviſibilem. Ex eo quia lapis in viſibilis non eſt viſibilis per ſe vt nõ ſit habituatus de habitu ſenſitiuo: lapis aũt viſibilis ſic per accidens: ex eo ꝙ viſus ſe habituat de colore ipſius ⁊ ſitu: per .f. intelligimus ꝙ quando lapis eſt inviſibilis: non eſt coniũctus cuꝫ ſpecie viſibilitatꝫ: ſed qñ eſt viſibilis ſic: per .c. intelligim⁹ ꝙ viſus non ẽſt agẽs in lapide in viſibili: ꝑ quartam ſpeciẽ eiuſdẽ regule: nõ habet paſſionẽ ſub potẽtia viſiua ſed de lapide viſibili totũ cõtrariũ poteſt dici: Diximus de fallaciis aplicatis regulis: vt cognoſcãtur deceptiones fallaciarum.

## De diſputatione.

Diſputatio ẽ ꝯtrarietas ſpiritualis: q̄ ꝑ verbũ manifeſtat̄ cõceptionẽ quã habet vn⁹ ĩtellectus cõtra aliũ. ¶ Diputans enĩ primo debet habere intẽtionẽ cognoſcendi ⁊ amãdi veritatẽ: ⁊ cognoſcẽdi ⁊ odiendi falſitatẽ. Et propter hoc ver⁹ diſputator debet cõcedere vera cognita / ⁊ falſa negare. Scđo ꝙ ſupponat̄ in pricipio ꝙ vtraqꝫ pars q̄ſtionis ſit poſſibilis .ſ. affirmatiua vel negatiua. vt intellectus in inueſtigatiõe ſit liber / ⁊ nõ ligatus. Tertio ꝙ arguens ꝓbet vel ĩprobet ꝑ aliquã ſpeciẽ argumẽtatiõis fũdãdo argumẽtũ ſuꝑ aliqꝫ ſpeciẽ demõſtratiõis. Quarto ꝙ inter diſputãtes ſit cõmunis amicitia. vt refrenet̄ particularis cõtrarietas quã habet circa hoc de quo diſputant.

Finis. Deo grãs.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Deus cum tua benedictiõe Incipit liber qui eſt de diſputatione intl'tus ⁊ fidei.

Theologorum ſtudia ianuam ſientie ſibi cupien
tium aperiri: đbꝫ aſſidua meditatione verſati cir
ca inquiſitionem veritatis: cuꝫ illa rudium erudi
tio ⁊ bonorum ſcolariũ ſit doctrina illuminatio:
⁊ perfectio prouectorũ huius rei gratia. Cũ ſint
aliquoruꝫ dicentium opiniones articulos fidei ratione poſ
ſe nullatenus cõprobari: ſet ſola fide teneri. ¶ Aliorũ vero e
cõuerſo ꝙ euidẽti rõne poſint oſtendi: tractatũ facimꝰ q̃ ꝑ dia
loguꝫ procedit: vbi intelletus fidem aloquit̃: ꝙ per rõnes ꝓ
bari valeãt: ⁊ fides negando eidẽ reluctat̃ huius aũt contẽtio
nis cauſam nullatenus diffinimus: ſet alciori ĩtellectui reſer
uamꝰ: iſtum modũ vero teneuimus improceſſu.

## De articulis fidei.

ARticuli vero ſunt multi: Sed quo ad p̃ſens in libro iſto
de beatiſſima dei trinitate: ⁊ de ſancta eius in carnatio
ne: ⁊ de mundi creatione ⁊ generali reſurrectione hominum
volumꝰ demõſtrare: ⁊ ſcđm artis generalis in veſtigationẽ ꝓ
ponimus in daguare: ſet ante de intellectu ⁊ fide loqui volu
mus iſto modo. Intellectꝰ eſt potentia cũ q̃ hõ intelligit natu
raliter encia intelligibilia: qui cõtra ſuam naturã intelligen
di intelligere non poteſt: ſicut potẽtia viſiua q̃ contra ſuã na
turam videndi videre nõ poteſt. Fides vero eſt lumen adeo da
tum: cuꝫ quo intellectus extra ſuam naturã intelligendi attĩ
git credendo de deo hoc verum ꝙ non attingit intelligendo:
Secundũ iſtas duas difinitiones predictas de intelletu ⁊ fi
de trectare intendimus tali modo: ꝙ ĩtellectus per ſuaꝫ natu
ram intelligendi ſuas proponat rõnes: ⁊ fides per ſuam na
turã credendi reluctetur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Utrum articuli fidei catholice poſſint prouari aut non.

ACcidit ꝙ intellectus et fides ſoror ſua oliz ꝑegrinando ybant ſimul: ⁊ ait intellectus magna derogacio eſt toti fidei chriſti: eo ꝙ īfideles dicunt ꝙ verita fſidei chriſtiane ē impoſſibilis: cum nō poſſit ſeu valeat demoſtrari aliquatenus ratione: ⁊ hoc dicunt ex eo ꝙ aliqui chriſtiani ſuponūt aſerunt vel affirmant hoc videlicet ꝙ probari non valeat vllo modo. Et ex hoc habent occaſionem infideles ꝙ non dimitant hoc quod credunt: per hoc ꝙ intelletui non eſt certū. Sicut narratur: ꝙ quidam rex ſarracenus in philoſophia perit⁹ diſputauit quondam cum quodam chriſtiano: ⁊ chriſtianus probauit ei ꝙ lex ſarracenoruz erat falſa. Tūc rex ait chriſtiano ꝙ probaret ei fidez chriſtianā per neceſſarias rationes: ⁊ faceret ſe chriſtianū cum ominb⁹ ſarracenis de regno ſuo ⁊ dixit chriſtian⁹: ꝙ fides ſua nō poterat aꝓuari ꝑ neceſſarias rōnes. Et tūc ait rex chriſtiano: tu feciſti multū male quoniā eram ſarracenus: nunc nec ſarracenus nec chriſtianus: ⁊ ipſū chriſtianum in honorabiliter vituperādo expulit a regno ſuo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et ſic videas fides quã magnũ dãpnuz fuit: eo quia chriſtia
nus te fidem non probauit.

## Reſpondit Fides.

POſſe probari articulos fidei nõ eſt bonũ: qm̄ vt ſcriptũm̄
eſt fidei meritũ pderet: nã fides nõ hʒ meritũ vbi hũana
rõ p̄bet experimẽtũ. ¶ Tunc ait itellect⁹ narratur ꝙ ex hoc / qm̄
ſarraceni porcos non comedunt in patria eorum ſilueſtres
porci ſunt multi: ⁊ quia illic leones ſunt plures porcos come-
dẽtes / porci minuti radices herbarum a terra extrahunt toto
poſſe vt porci magni vel apri comedant: vt dentes eorum non
deſtruantur in fodendo: ⁊ vellum contra leonem faciant quã-
do venit. Aſimili ſi aliqui chriſtiani valde intelligentes theo-
logice / ⁊ filoſophice per me ⁊ per voluntatem ſororem meam
⁊ deuoti vellarent contra infideles: qui conantur ad eccleſiaʒ
cathlicam deprimendã cum falcis openionibus ⁊ ſimilitu-
dinibus: tales in quã veritatem tuã conſeruarent populum
chriſtianũ ſoluendo obiectiones infideliuʒ: ⁊ ponendo tales
veritates de deo: qđ in fideles non poſſunt ſoluere: intanto ꝙ
oẽs infideles ad te per me ⁊ ad me per te peruenirent: tñ di
uina gratia mediante ad honorem cuius ſic laboro. Ymo di-
co tibi ꝙ narratur ꝙ ante aduentum macometi tota africa ⁊
etiam pl⁹ aſia ⁊ europa erant chriſtianorum moderamine
gubernata: ⁊ hoc propter predicationem apoſtoloruʒ: ſed poſt
aduentum macometi ſarraceni dextruxerũt chriſtianos q̄ſi
per omnes illas terras: eo quia tu es multuʒ alta ⁊ dificilis
ad credendum: Credulitas q̄ꝫ habent ſarraceni de deo non
ẽ alta: etiã qꝛ tũc nõ erãt chriſtiani q̄ cũ mea altitudine itelli
gendi te iuuarẽt ſic contra infideles ſicut apri contra leo-
nes ⁊ ſic: potes videre ꝙ hoc dampnum: plus q̄ꝫ tuuʒ meri-
tum multum dicit. ¶ Ad huc dico tibi ꝙ tu principaliter nõ
es propter meritũ hominuʒ creatorũ: ſed vt deus ſit recollit⁹

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intellectus ⁊ a ſuo populo ſit dilectus: cuꝫ plus dicat ꝺ bonita
te ⁊ nobilitate deum recollere intelligere ⁊ amare ꝙ̄ homi-
nes remunerare. Rurſſū dico tibi ſupoſito ꝙ articuli poſſint
pꝛobari fidei chꝛiſtiane: homines non amiterent meritū inte
ligendi ⁊ amandi: quoniam ſcriptum eſt: nullum bonum di-
lectum niſi cognitum: ⁊ yſayas dixit niſi credideritis nō intel
ligetis. Et ſic patꝫ ꝙ tu fides es diſpoſitio ⁊ p̄paratio ꝑ q̄n ego
de deo ſum diſpoſitꝰ ad res altas: qꝛ in hoc ꝙ ego ꝑ te ſupono
credēdo ꝙ poſſuꝫ aſcendere habituo me de te: ⁊ ſic tu es ī me
⁊ ego in te. Et q̄n aſcendo ad gradum in quo tu es ītelligo: tu
credēdo aſcendis gradū ſuꝑ me in alcioꝛē: q̄m ſicut oleum ſuꝑ
aquam ita tu ſempꝑ ſupꝛa me comoꝛaris. Et rō huiꝰ eſt: qꝛ ha-
bes maioꝛē vigoꝛē in oībus aſcendendi ſuponendo: eo qꝛ non
laboꝛas ſicut ego: q̄ quando aſcendo intelligēdo tunc laboꝛo.
Item maioꝛ participatio eſt inter me ⁊ voluntatem ſoꝛoꝛem
meam ꝑ intelligere veritatē de deo ꝙ̄ credēdo: ⁊ de hoc ſperiē
tiam habere poſſes ſi velles: q̄m credendo mea natura eſt ī fir
ma qꝛ ligata eſt: ſed eſt ſana ⁊ libera quando intelligo alcioꝛa
ad huc qꝛ ſupono ꝙ ſi eſſet mihi dificile: ꝙ recurrerē ad te ꝑ cre
dere: q̄m ſicut frigiditas aq̄ remanet ī ip̄a in habitu quādo eſt
calida: ſic tu remanes in habitu quando intelligo: Unde pa-
tet per omnes iſtas ⁊ per multas alias rationes que dici poſ-
ſunt: ꝙ tu male facis in hoc ꝙ reuellis es contra me: cum ſim
cauſa tue exaltationis nunc ⁊ ſemper.

## Obiectio Fidei.

FRater mi non iraſcaris contra me cum ſim cauſa vt tu
valeas exaltari: etiaꝫ ī hoc ꝙ diſpono ad te intelligendū
ſicut tu met ſuperius conceſſiſti: ⁊ ſic permanes in intelligen
do per tuam naturam ſicut de te data eſt ſupꝛa diffinitio: ⁊ in
tellige hec v̄ba Tu bene ſcis ꝙ diuīa trtnitas ē ī ꝯphēſiui l'eo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

q2 est infinita ꝛ tu es finitus: ꝛ q2 inter ĩfintũ ꝛ finitũ nl'la ẽ proportio vñ ſequĩ ꝙ tu in via diuinã trinitatẽ ꝑ rationes neceſſarias intelligere non potes: q2 ſi ſic iam finituȝ ꝯphende ret infinitũ ꝙ eſt ĩ poſſibile ꝛ diſſonũ rationi. ¶ Dit ĩtellect⁹ fides ſoror mea non iraſcor cõtra te: ſȝ tibi profero vitatẽ ꝛ do leo q2 gentes non vtuntur me intñſiue ſcđm gradus altos ad quos de me vſum hr̃e poſſent. Et ad poſitionẽ tuaȝ ſic reſpon deo: ꝛ ꝯcedo hoc qđ dicis đ ĩ ꝯprehenſibilitate diuine trinita tis ꝛ de mea finitate: ſed dico ꝙ ſi de diuina trinitate habeo aliquas rõnes neceſſarias: nõ ſequiĩ ꝙ ſim ꝯprehenſor ſȝ tan tũmodo aprehenſor: qm̃ ſicut digit⁹ poſit⁹ ĩ vna parte ferri igniti ſentit in parte caliditatẽ ignis ſed non totã caliditatẽ: eo q2 nõ tãgit totuȝ ſbm̃ eius ſet partẽ: ſic a ſimili ſcđȝ modũ intelligẽdi rõne infuſionis ꝛ gr̃a diuine trinitatis ꝛ ſue maxi me intelligibilitatis: bene poſſum ꝑticulariter ƒm me aliq̃d atigere de ſuo lumine verſtatis: quoniam nõ eſt aliq̃s q̃ poſ ſit eaȝ cõtra hoc ligare: nec etiam me ſi ei placet: ymo miror de te q̃re non ꝯſideras ꝙ ſicut diuina voluntas infundit ĩ via caritatẽ rõne gr̃e in humana voluntate: vt hõ ꝑ ipſam ſit ca ritatiuus ad agendũ bonũ: quare non ſic diuina ſapiẽtia in fundat ſciẽtiã in me vt atingã de diuina trinitate q̃ mihi ſuf ficiant ad ipſum intelligẽdo: ꝛ oẽs obiectiones ꝯ̃ ipſaȝ deſtru endo: etiam ad ſororẽ meã volũtatem diligẽdo: cum ſine mea alta intelligibilitate ipſa non poſſet habere amorẽ ſatis altũ ¶ Dixit fides ĩtell'ctui tu iã dicis ꝙ inter ĩfinitũ ꝛ finitũ nul la eſt proportio: vnde ſequiĩ ꝑ ꝯñs ꝙ nec mediũ vt tu cũ beatiſ ſima trinitate poſſes habere ꝑticipationẽ ꝑ intelligibilitatẽ: ſet ꝑ meaȝ credulitatem ꝛ ſupoſitioneȝ. Dit intellect⁹ cõcedo tibi de medio naturali ꝙ inter infinitũ ꝛ finitũ ſtare non po teſt. ſȝ non de medio luminis gr̃e ꝑ ꝯtingẽtiã euentã: eo quia deo placet agere magnifice in ſubiecto creato difũdẽdo ſuaȝ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bonitatē reducendo illud bonum infuſum ad ſuam bonam i
telligibilitatem ⁊ quomodo ait intellectus: ⁊ tu fides neſcis
ꝙ tu es poſita inter finituꝫ ⁊ infintum per lumen gratie: eo
quia credis tota in diuina trinitate tantuꝫ exiſtēſiue quia in-
tenſiue non poſſes: eo quia compꝛehēderes ipſam ⁊ ſic per te
lumem habeo ꝙ aliquid de diuina trinitate extēſiue apꝛehen
dere poſſim: ⁊ hoc ē tantunquo ad me ꝙ ſufficientiam habeo
ad confundendnm omnes erroꝛes cōtra ipſaꝫ: ⁊ audias fides
ſupoſito ꝙ non poſſim actingere diuinam trinitatem in ali-
quo: ſi aliquis infidelis multum litteratus ⁊ ſubtillis vellet
deſtruere te per rationes apentes: cuꝫ quo ego poſſem te adiu
uare: per te non: quia ipſe nollet credere. Seq̄tur ergo qꝺ per
me cum veritas ſit ſupꝛa falſitatem: in modo intelligendi
ſicut per modum credendi: alioq̄n exſcuſatus eſſeꝫ ego in via
ad reſiſtendum falſitati que eſt contra te ⁊ contra diuinā tri-
nitatem: ⁊ poſſem eſſe occioſus ſine pctō ꝙ eſt in poſſibile ſi
cut dixi. Unde ſequit ꝙ poſſim tantum actingere de verita-
te diuine trinitatis: ꝙ poſſuꝫ reſiſtere falſitati q̄ contra ipſaꝫ
eſt: apꝛouando ipſaꝫ: ⁊ deſtrudendo erroꝛes q̄ contra ipſaꝫ ab
infidelibus cotidie enarrantur.

## Reſpondit intellectus.

ITerum narratur ꝙ quidam ſarracenus ſtuduit tātum in
lege ſua ꝙ intellexit ipſam eſſe falſam: ⁊ venit ad vnum
chꝛiſtianum literatum ⁊ dixit ei: ꝙ ipſe nolebat eſſe ſarrace-
nus ſet chꝛiſtianus: ſupoſito tamē ꝙ ipſe ꝓbaret ei fidē chꝛi-
ſtianā per neceſſarias rationes. Ipſe chꝛiſtian⁹ dixit ei ꝙ nō
poterat hoc fieri: tunc ſarracen⁹ dicit ei ꝙ daret ei fideꝫ chꝛi
ſtianā vt crederet ipſā: chꝛiſtian⁹ ait ꝙ non poterat: quoniaꝫ
ſoli deo pertinet dare fideꝫ. Tunc ait ſarracenus ꝙ ipſe eſt li
gatus ſine culpa: eo quia vult eſſe chꝛiſtian⁹ ⁊ non habet fidē:
q̄a per ſe nō poteſt habere nec ꝺ trinitate poteſt videre vita-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tem ſi nõ eſt demõſtrabil': ⁊ ſic de⁹ eſſet cauſa ſue dãpnatiõis q̃ eſt ↄtra diuinã bõitatez q̃ vult oẽs homines ſaluos fieri: ⁊ quia talis iniuria ẽ in deo ĩpoſſiblis: ſequit' igit' ꝙ b̃tiſſima trinitas eſt demõſtrabilis. ¶ Dixit fides in illo tp̃e in quo ſarracen⁹ voluit eſſe chriſtian⁹: habet habitũ fidei indutuz. Ait intellectus non eſt v̄um: eo qꝛ ipſe cum cõditiõe vult eſſe chriſtian⁹: videlʒ ꝙ ĩtelligat trinitatẽ ꝑ neceſſitas rões: aut qꝛ credit ꝙ non poſet h̄re fidẽ niſi datã ei a deo: ⁊ ſic ſẽtit in mente ſua ꝙ nõ credit trinitatẽ ſet diſcredit ⁊ odit.

## Obiectio fidei.

Ait fides in deo non poteſt haberi ſciẽtia demoſtratiua eo qꝛ no h̄ẽt cauſaʒ ſup᷑a ſe ꝑ q̃ poſſit diffiniri ⁊ cognoſci: ſed poteſt h̄re fides d' ipſo ſuponẽdo ꝙ ipſe ſit trinus ⁊ vn⁹ ¶ Ait ĩtellect⁹ verũ eſt ꝙ deus non h̄ẽt cauſaʒ ſup᷑a ſe ſʒ eſt cauſa omnium entiuʒ q̃ fuerũt ſunt ⁊ erunt: tñ cognoſcibilis eſt ꝑ ſuas ſanctiſſimas rões ſiue p̄prietates: Q̃m ſi q̄rat' q̃d ẽ deus reſpõdẽdũ eſt ꝙ deus eſt illud ens in quo ſua bonitas ⁊ magnitudo: eternitas: poteſtas: ſapientia: voluntas: ⁊c. conuertũtur ⁊ ſunt idẽ numero: hoc nõ eſt ĩ alio ente: eo qꝛ ſi ↄuerterent' ĩ ipo vere eẽt de⁹: ⁊ ſic plures dij ꝙ ẽ ĩ poſſibile: atq; falſuʒ vt ĩ libro de ſĩilitudine ꝓbatũ eſt. Obiecto fidei.

¶ In p̄n° dixit fides: ego fui ĩcepta ꝑ ꝓphetas ⁊ ĩ tp̃e dñi nr̃i Jhu xp̄i ꝑ miracl'a fui ↄfirmata: mõ tu vis me deſtuere ꝑ ñrias rõnes ꝓbãdo trinitatẽ ⁊ alios ar'los fidei ſup̄ dictos: ⁊ hoc nõ potes face bono mõ: q̃m ẜm mea p̄nª: ꝑmanẽtia m̄a h̄ẽt eſſe ¶ Ait itl'⁹ ego nolo te d'ſtruere: ymo placet ꝙ remaneas ĩ omnib⁹ litteras nõ ſcientibus aut altũ nõ habẽtibus intellectũ ſed velle ꝙ eſſent homines qui ꝑ me poſſent deſtruere mundi ciſmata ⁊ errores: vt eſſet d' deo vna vera ſciẽtia/ vna fides/ qui errores nõ poſſẽt totaliter deſtrui per fidem: ſet ꝑ me bene poſſent: q̃m in tẽpore ꝓphetaꝝ gentes credebãt: ĩ tp̃e apoſtoloꝝ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

erant miracula: mō nollūt credere neq̄ꝫ fiūt q̄si miracula in hoc mundo: ⁊ ſic opoꝛtet ꝙ ꝑ rōnes cogētes īfideles q̄ fingunt ſe ſciētes cogantur ad intelligenduꝫ ꝑ me: tñ diuina grã mediante etiam dico tibi ꝙ dñs noſter ieſus xp̄s dedit experientiam de te fide qñ comedit mel: ⁊ beatus thomas poſuit manuꝫ in latere ſuo: qñ aparuit apoſtolis in hoſpitio vbi erant.

## Obiectio fidei ad intellectum.

Dixit fides narratur ꝙ erat vnꝰ magnꝰ clericus chꝛiſtianꝰ ⁊ volebat oīmode eſſe certꝰ ꝑ rōnes cogētes de diuina trinitate: ⁊ vēit ad vnū magnū flumē ⁊ ī litoꝛe in venit puerū valde ꝑuū q̄ in vna fouea cū cipho aquā in fundere conabaṫ clericus vero ab eo pecit q̄d facere volebat. Dixit puer ꝙ volebat menſurare quot ciphi aq̄ erant in illo flumine nullo modo ait clericꝰ: ꝙ īp̄e ad īpoſſibile laboꝛabat: Dicit puer ꝙ plꝰ erat īpoſſibile hoc ꝙ ipſe q̄rebat ꝺ diuina trinitate: ⁊ ſic dicit fides intellectui: frater mi modo potes cognoſcere ꝙ hoc ꝙ tu dicis eſt īpoſſibile ad ſcienduꝫ. ¶ Ait intellectꝰ omne īpoſſibile nō eſt in eodē tp̄e neq̄ꝫ circa quenlibet hominē: eo quia quādo placet ꝺo de impoſſibili facit poſſibile ⁊ ecōuerſo ⁊ ſic ratio nulla.

## Obiectio fidei.

Dixit fides impoſſibile eſt ꝙ trinitas valeat demoſtrari ⁊ hoc ſic illud qꝺ aliquo modo repugnat cognitioni humane non poteſt demoſtrari: ſꝫ trinitas aliquo modo repugnat ītellectui humano: qꝛ in cognitione humana generans p̄cedit generatū: ⁊ in trinitate nō eſt dare pꝛioꝛitatē ergo ⁊c. ¶ Ait ītellectꝰ ꝯcedo tibi ꝙ de rōne hūana nō eſt demōſtrare trinitateꝫ: eo qꝛ intelletꝰ hūanꝰ ſcd̄m ſe conſiderat ꝙ generans pꝛecedit generatū: ſicut tu ⁊ ego fides qui credendo non poſſumꝰ atingere veritatē de articulis fidei ſine lumine grē a ſuperioꝛi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per ꝙ lumen tranſeo a credere in ītelligere: ꝙ deꝰ pater nō ꝑce
dit deū filiuꝫ eo qꝛ de tota ſua infinita ꝛ eterna bonitate ꝛ ſic
de alijs filium ſuū generat ꝛ producit.

## Obiectio Fidei.

DIxit fides quando aliquid debet cognoſci: aut hēt co-
gnoſci in ſe aut per prius aut per poſterius: ſed trinitas
nō poteſt cognoſci aliquo iſtorum trium modorum ergo ꝛc.
Non poteſt cognoſci in ſe: qꝛ habet eleuationem īfinitā ſupra
te: non ꝑ prius: quia nō eſt dare in deo prioritatē: nec ꝑ poſteri
us qꝛ ꝑ poſterius nō fit potiſſima demoſtratio: eo qꝛ effectus
nō cauſat ſuā cauſā. ¶ Ait ītellectꝰ concedo ꝙ deꝰ habet īfini
tam eleuationē ſupra me: ſed ſicut tu ꝑ me ꝛ ego ꝑ te credendo
recipimus lumen gratie a deo attingēdo de eo aliq̄s veritates
ſic ꝑ idem lumē aliq̄s ṽitates de deo intelligere poſſū: quia ſi
non: diuinus intellectꝰ eſſet ligatus ꝙ non poſſet dare lumen
ꝑ intelligere anime ſicut ꝑ credere ꝙ eſt īpoſſibile. Item qn̄
dicis ꝙ deus non habet prius cōcedo: ꝛ tamē lꝫ nō habeat pꝰ
non propter hoc ſeq̄tur ꝙ de ipſo ṽitates actingi non poſſunt
intelligendo: qm̄ ſicut deus ꝑ naturam ſui intellectus cauſat
ſe ad habendū actum intelligendi ꝛ vt ſit intellectus: ſic ꝑ īfi-
nitā ꝛ eternā naturā ſue īfinitatꝫ ꝛ eterne bonitatꝫ ꝛc. Cauſat
ad producendū bonuꝫ īfinitū eternū: ꝛ ſic quo ad iſtos duos
m°s rō tua nō valet: ſed quo ad tertiū: d ꝓbatiōe dico ꝙ valet

## Obiectio Fidei.

DIxit fides inpoſſibile eſt ꝙ ītellectus ſine ſuo inſtrumē
to ſe extendat vltra terminos ſuos: ſed prima principia
ſunt eius inſtrumēta ꝛ non ſe extendūt niſi ad ſenſum ꝛ yma
ginationē: ergo intellectus non poteſt atingere diuinam trini
tatē. ¶ Ait intellectus: rō tua valet ſecundū altitudinē diuine
trinitatis ꝛ modū: minime dū eſt infirmus ꝛ humanꝰ. Sed



(c) 2006 Ministerio de Cultura

non valet ſm inſtrumetū diuinū.ſ.lumē grē: ꝛ hoc iam ſupiꝰ dictū eſt. Et miroꝛ de te fides: qꝛ ꝯſcientiā non habes: quoniā videris peccare cōtra ſpitū ſanctū: ꝛ neſcis ꝙ ſcriptuū eſt: ꝙ ſpi tuſſanctꝰ vbi vult ſpirat: ſi autē velit: qͥs ē ille q̄ ſit auſꝰ dicere ꝙ non poſit īſpirare humanū intellectū deſiderātē hr̄e noticiā de diuīa trinitate ad laudādū ꝛ ſeruiēdū ſibi: ꝛ ad deſtruēdū erroꝛes infideliū q̄ ipſam hn̄t odio ꝛ ignoꝛant.

## Obiectio fidei.

Dixit fides intellectui ꝛ q̄lis es bubulcꝰ ꝛ quomō poſſes tu demoſtrare ꝙ ſpirituſſanctus nō poſſit ꝑ ſbāȝ diuinā ꝓducere ſicut pater: cū ſit vna ꝑfcte ꝛ potēs ſicut ipſe. ¶ Ait ītellectus ſicut deꝰ ꝑ ſuā veritatē infinitā ꝛ īmēſaȝ ē neceſſitatꝰ vt ſit vnus: ſic ſua paternitas ē neceſſitata vt ſit vna ꝛ ſinglaris ꝛ ſic de ꝑſona filij ꝛ ſpūſſancti: qꝛ ſi in eſſentia dei eſſēt plures paternitates vna limitaret aliaȝ ꝛ īfinitas paternitatis eſſet finita ꝙ eſt īpoſſibile: ꝛ ſic de filiatiōe ꝛ ſpiratione.

## Obiectio fidei.

Dixit fides in vno libꝛo de ꝓpoſitionibꝰ quē feciſti ſcriptum ē: ꝙ reſurretio hōinū ē neceſſaria: eo qꝛ magis bonuȝ fit a deo reſſucitādo eternādo vnū hōinē ꝛ ꝑ q̄ns ſempiternā gloꝛiā ei dando: quam cauſare oēs hoīes in hac vita ꝛ nō oēs ſucitare: ꝛ de hoc credis ꝙ ſit demoſtratio ꝛ non eſt: ſet potiꝰ ꝑſuaſio. ¶ Ait ītellectus dicit̄ ꝙ ſcientia non hēt inimicum niſi ignoꝛantē: ſet deꝰ non eſt inimicꝰ ſciētie: qui eſſet ſi impediret ꝙ non poſſeȝ attingere cuȝ ſua grā veritates articloꝝ fidei q̄ inimicicia eſt impoſſibilis. Et neſcis tu ꝙ oēs hoīes naturaliter ſcire dſiderant: contra q̄ naturā que eſt effectus dei: deꝰ eſſet: ſi impediret ꝙ articuli fidei nō poſſent dmoſtrari: ꝛ ideo dico tibi ꝙ tu ignoꝛas in hoc qđ credis ꝙ in libꝛo a te alegato de ꝓpoſitionibꝰ non ſit demoſtratio ſeȝ ꝑſuaſio: ī ꝓdictis/

(c) 2006 Ministerio de Cultura

modo vide ſc triãgul⁹ hẽt tres ãgulos: ſic de⁹ hẽt iuſtũ/bonũ: ⁊ magnũ iudiciũ. ſ. iuſtũ ꝑ iuſticiã: magnũ ⁊ bonuz ꝑ magnitudinez ſue bonitatis: ꝙ nõ hr̄et ſi gn̄alis reſurrecio nõ eſſet.

## Reſpondit intellectus.

IN fide chriſtinoꝝ ſunt multi ſciſmatici ſc greci iacobini. neſtoriani blarufi ⁊ eoꝝ ſequaces ⁊ quilꝫ de iſtis inueritate eſſe credit meli⁹ ꝙ latini: ⁊ ad hoc nõ põt ꝑ te dari remediũ ↄuertẽdi ſed ꝑ me q̃ intelligo veritatẽ. Qm̄ ſine me vna fides ſuꝑ aliã nõ poſſet agere rõnẽ: vnde ſeq̄tur ꝙ fides vera catholica ꝑ me agere bene poſſit rõnes ↄtra tales falſidicos chriſtianos exiſtẽtes in errore: eo q2 de me vſũ nõ hñt ꝓpter defectũ rõnis. ¶ Dixit fides ciſmatici nõ ſunt in errore ꝓpter tuã carentiã ſeu d̄fectũ: ſed q2 de me agere neſciunt vt oportet. ¶ Ait intellect⁹ quõ ſine me d̄ te ſcirẽt ageř ĩfideles: qm̄ tu ĩ dictꝫ tuis tibimet ↄtradicis: cũ ſcire ad me ⁊ nõ ad te pertinet vt dixiſti.

## Reſponſio intellectus.

MUlti chriſtiani ſunt q̃ dubitãt de te fides vtrũ valeas eſſe vera: eo q2 vident ꝙ plures tui cultores nõ ita honorifice te collunt vt deberent. Unde propter hoc videtur pluribus hominibus ꝙ tu ſis figmentuz ꝙ non eſt in re vera: ⁊ propter hoc multi ſunt peccatores ⁊ increduli qui nõ eſſent: ſed ſi ego poſſum peruenire ad meum ſtatum quem multum deſidero ⁊ afecto: videlicet ꝙ ml'ti hoies eſſent ĩ telligẽtes te eſſe naturaz demõſtrãdo: tũc hoc ꝙ videtur hoib⁹ eẽ figmẽtũ d̄ te non eſſet: ſed res certa. ¶ Ait fides quãto magis derogatur mihi per illos qui me deberent exaltare ⁊ etiam honorare: tanto magis habent meritũ apud illi q̃ me collunt ⁊ honorant ſicut debent. ¶ Ait inellectus tu ſcis ꝙ in deo voluntas intellect⁹ equaliter ſunt honorabiles ab hominibus: ⁊ ideo vñ locus ꝙ dĩa volũtas ſit ml'tũ amabilis ĩ tẽſiue ꝑ hoĩes ⁊ ĩtell'ct⁹



(c) 2006 Ministerio de Cultura

diuinus non multū intenſiue diligibilis: ꝛ ꝙ ego attingaꝫ in iferioribus intenſiue veritates ꝛ aſertiue ꝛ non in diuina trinitate: ha pro doloꝛ atqꝫ triſtitia eo qꝛ tu credis de me ꝙ de illo fine ad quē creatus ſum pꝛīcipaliter non poſſunt agere ꝛ tu poſſis. ¶ Dixit fides: frater mi non mireris qꝛ ego poſſū diligendo plus attingere ꝙ tu ītelligēdo. ¶ Ait ītellectus non curo ſi tu plus: ſed doleo qꝛ tu dicis ꝙ ego nihil: ꝛ qs erroꝛ eſt iſte. Ait intellectus ꝙ de aſino ꝛ de boue ſciam multas veritates: ꝛ de deo meo creatoꝛe nullaꝫ habeā vt tu dicis.

## Solutio intllectus

SEcundū ꝙ tu dicis in via nō atquirerē meritū ꝑ modū intelligēdi ſed ꝑ modū credendi: ꝛ ſic quāto magis apropīquo me ad intelligenduꝫ diuinā trinitatē: tāto magis amito meritū: ꝛ multiplicarem ipſam ꝑ credulitatem. Et ſic male faciūt doctoꝛes ītheologia multiplicādo habitū ſcientie ꝛ ī deſiderādo ſcire diuinā trinitatē: ꝛ bene faciūt illi qui nolūt intelligere: ha luctus ꝛ meroꝛ: ꝛ ꝗ erūt illi ꝗ ſanabūt vulnera mea ꝛ triſticiā meā redūdabūt in gaudiū. ¶ Ait fides q̄re plāgis ꝛ ploꝛas: trāſeas ſicut tranſiſti diu in tꝑe ꝓterito. ¶ Ait intellectus quomodo poſſum quieſcere atqꝫ tranſire ꝙ dn̄s deus meꝰ ꝑ paucos homines ſit cognitꝰ ꝛ dilectus: ꝛ ꝑ mltos ignotus ꝛ ſibi a pluribus derogetur. Dixit fides frater mi tu male facis ꝙ extra tuos terminos vis exire: ſed vade ꝑ tuos ꝛ ire dimite me ꝑ meos: vꝫ ꝙ de deo habeas certitudinē negando: ꝛ ego habeā afirmando: credendo eē bonū magnū eternū potentē ꝛc. ꝛ etiaꝫ/ vnū ꝛ trinū: ꝛ tu intelligēdo dicas ꝙ deus non eſt lapis: elemētū ꝛ hmōi negaciōes. Ait intellectus/ o enoꝛme decꝰ mihi dictum eſt: q̄d eſt hoc ꝙ ego nō actingam deū verū niſi negādo/ ꝛ fides afirmādo. qm̄ deū eē nō poſſuꝫ ītelligere pꝛo vt dixit: niſi ex eo qꝛ nō eſt lapis vl' elm̄ ꝛc: ꝛ ſic de ſua bonitate/ magnitudiē/ ꝛc: cū hec negatio non ſit cauſa ſet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſed rõ quare eſt: ſequitᷣ ĩ hoc qꝛ eſt ĩfinitꝰ ⁊ eternꝰ: ⁊ ĩfinite ⁊ eterne bonꝰ/magnꝰ/⁊c̃/ſupꝛadicta: qm̃ tale ens eſt eẽ neceſſarium; ⁊ ipm̃ nõ eẽ eſt ĩpoſſibile vt ꝓbabo.

## Probatio iu tellectus.

Suppoſito ꝙ articľi fidi poſſit ꝓbari: ego mẽoꝛia ⁊ volũtas ſoꝛoꝛes m̃e magꝫ poſſemꝰ reſiſtere pctĩs ⁊ ad q̃rere ṽtutes ꝙ̃ ſi nõ poſſet ꝓbari: ⁊ rõ huiꝰ ẽ: qꝛ ĩ tãto quãto deꝰ ẽ magꝫ ĩtelligibiľ aĩe: ẽ magis recollibiľ ⁊ amabilis ⁊ ꝑ ↄſeq̃ns aĩa habituata ṽtutibꝰ ⁊ a uicijs ꝓlõgata. ¶ Ait fides ĩtãto poſſet eẽ deꝰ intellectꝰ recollitus ⁊ amatꝰ ĩ via: ꝙ ego eẽꝫ anichilata ſc̃ in gl̃a in q̃ nõ hẽo ſubiectũ ĩ quo ſim ſuſtẽtata. ¶ Dixit intellectus: fides ꝑ fideꝫ ſiue me magis eſt apꝑens eſſe ĩpoſſibile fides chꝛiſtianoꝛum ꝙ̃ infidelium: quoniã credere deum eſſe trinũ ⁊ vnum ⁊ ea q̃ pertinent ad diuinam trinitatem magis eſt dificile: ꝙ̃ credere vnuꝫ deum tantuꝫ ⁊ non trinũ. Et q̃a gentes euitant dificultates ⁊ plaudent facilitatibus: ⁊ ideo ſi eſt vnꝰ criſtianꝰ ſunt cẽtũ ĩfideles ⁊ gẽtiles: ſequitᷣ ꝙ malũ eſſet articuloꝝ eſſe in pꝛobabiles: ſed bonum eſt ꝙ̃ ſint pꝛobabiles ratione: intelligendo tamen ſano modo.ſ. diuino auxilio mediante: vt tu fides que valde dificilis es: habeas me qͦ adiutorem ⁊ vellatoꝛeꝫ contra erroꝛes peſſimos huius mũdi. ¶ Ait fides: lꝫ ſim valde dificilis: magis ſũ remunerabilis. Ait intellectus: ⁊ q̃d ad deuꝫ de tuo merito ⁊ ꝙ̃ ꝑ tuum meritũ deꝰ amitat tot gentes in ĩfernum euntes: Dũ intellectus ⁊ fides in dicta contrauerſia ſtabant ⁊ vnus alium irate aſpiciebat. Ait intellectus ſemper poſſemus eſſe in iſta controuerſia: te dicente ꝙ articuli fidei non poſſet pꝛobari: ⁊ ego ꝙ ſic: ſed ad experientiam veniamus: ⁊ ſi ego poſſum pꝛobare diuinam trinitatem: ipſa pꝛobata tu nõ poteris hanc negare: cuꝫ de re experta nulluꝫ ſi dare dubium ſapienti. c iij

## De Pꝛobatione trinitatis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Dixit intellectus vbicunqꝫ ſit infinita poteſtas eſt infinitus act⁹: in deo eſt infinita poteſtas: ergo in deo eſt infinitus actus: non poſſet eſſe in deo infinitus actus: ſine infinita productione. ſ. ꝙ deus ĩfinitus producat deuꝫ infinitũ infinitãdo ꝑ infinitaꝫ bõitatẽ/magnitudinẽ/eternitatẽ/poteſtatẽ/ſapiẽtiã/volũtatẽ/v̾tutẽ/gloriam/⁊ v̾itatem/⁊ hoc bonificando/infiniẽdo/eternãdo ⁊c. ⁊ etiã deificando. Dicimus auteꝫ producẽtẽ eſſe patrẽ: ⁊ productũ eſſe filiũ: ⁊ rõ huius eſt: qꝛ producẽs infinitũ de nichilo nõ põt ꝓducere: neqꝫ de ente creato infinitũ ⁊ eternuꝫ ꝓductuꝫ: ſed de ſe ipſo tãtuꝫ q̃ ĩfinit⁹ ⁊ eternus ẽ: oſtẽdit̃ ergo in eſſentia dei eſſe pr̃ ⁊ fili⁹: cũ ꝓducẽs ⁊ productuꝫ oporteat eſſe diſtĩte: ſicut agens ⁊ agibile: qꝛ ſi nõ eſſẽt diſtĩti ꝑſõaliť: ꝓduct⁹ eẽt ꝓductiu⁹: ⁊ pr̃ ꝓducẽs eẽt ꝓducibil' ⁊ fili⁹ ꝙ ẽ ĩpoſſibile ⁊ nõ ĩtelligibile. Habem⁹ ergo patrẽ ⁊ filiũ ĩ diuinis ⁊ ꝑ ꝯſequẽs ſpitũ ſanctũ: ⁊ hoc ꝑ viã amoris: quoniã pr̃ diligit filiũ ⁊ filius patrẽ ⁊ hoc infinite: qꝛ ĩ deo ẽ act⁹ ĩfinitus ⁊ illa dilectio ẽ ſubſtãcialis: eo qꝛ in deo nõ ẽ act⁹ accidẽtaľ: quoniã accidẽs nõ põt eſſe ĩfinitũ ꝑ ĩfinitã bõi. magnitudinẽ eternitatẽ ⁊c. ẽ ergo predict⁹ amor tertia ꝑſona a ꝑſõa patris ⁊ filij ꝓducta: ⁊ oẽs iſte tres ꝑſõe ſũt vn⁹ de⁹ ĩfinit⁹ hñs actuꝫ infinituꝫ vt ſupra probatuꝫ eſt. ¶ Ait fides poſito ꝙ ĩ deo ſit act⁹ infinitus: nec propter hoc ſeq̄t̃ ꝙ tu probes dſtĩctionẽ in diuinis: quoniã deus intelligit et ĩ intelligẽdo ſe ipm̃ infinite hẽt actũ infinitũ ⁊ intelligẽs intelltũ et ĩtelligere ſũt idẽ ꝑ eſſentiã et ſine multiplicatione ꝑſonarũ ⁊ hoc eſt intelligibile: ſꝫ q̃tũ ad me eſt credibilis p̄dicta diſticio quã tu dicꝫ.

¶ Ait intellect⁹ ꝯcedo ꝙ in deo pr̃ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpitus ſanct⁹ ſunt idẽ ꝑ eſſentiã: ⁊ rõ huius eſt qꝛ fili⁹ eſt de tota eſſentia patris ⁊ ſpirit⁹ ſanct⁹ eſt de tota eſſentia ãboꝝ: ſed act⁹ infinit⁹ dicit ĩfinire duob⁹ mõis: vꝫ. exiſtẽdo ⁊ agẽdo: exiſtẽdo ꝙ ꝓducẽs ſit exiſtẽs ĩfiniẽs de ſe ipſo cauſãs ĩfinitũ actũ ſe ipuꝫ ĩtelligẽs vt ſit itlľt⁹ ĩfite: ⁊ ꝑ talẽ modũ de⁹ ẽ exñs ĩtelligẽs ĩtellect⁹ ⁊ ĩtelli

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gere: Deꝰ modꝰ ē diſtictiſe īfinitꝰ ⁊ ꝓductiue: vt actꝰ īfinitꝰ nō ſit ligatus finitꝰ ⁊ t̄minatꝰ: ſʒ abſolute īfiniēs ꝑſonaliter et ꝓductiue aliꝰ ī opacioē intrinſica nō eſſet īfinitus de ifini to neqʒ īfinire ab vtroqʒ: neqʒ bonꝰ īfinitꝰ de īfinita bonita- te: nec magnꝰ īfinitꝰ de magnitudine / īfinita et ſic de alijs a- tributis. Sicut īfinita ptās q̄ nō poſſet aliq̄d producere diſtī guēdo de eſſencia īfinita: et ſic nō hēret actū naſaliter īfitū q꞉ eſſet ligata: et tale ligamē ſciret diuīa ſapīa ꝙ eſſet malū et oc cioſuʒ ꝯtra bonū: et occioſitas ꝯtra agētiā bōitatis: odiū ꝯtra volūtatē cui rō et natura eſt hēre libertatē īfinitā in volēdo. ſ. ꝙ ipſa naturaliter ī ſe habeat īfinite et diſtīcte amatꝰ ꝺ amā- te: et amare de amāte et amato: vt ī ipſo hēant ſolatiū: et deꝰ hēat deū: et amās amatū et ambo habeant amare: et in ſimlʳ hēant īfinitā ꝯcordācīā diſtātes cū ipſa a ꝯtrarietate: et ſic de diuina v̄tute inq̄ eſſet viciū ſine diſticta accione: et ſic de diui- na v̄itate q̄ in eſſencia diuina ponit in vero / ꝙ v̄ificās ſit vnꝰ ⁊ v̄ificatꝰ aliꝰ: et alius amare v̄ificatū: et hoc ꝑ actuʒ īfinituʒ et ꝑ eſſentiā v̄itatis: vt diuinꝰ intellectꝰ aſertiue et v̄e poſſit nu merare et proprie cū proprijs numerꝭ vnū eſſe v̄ificātē gn̄ran teʒ: et aliū v̄ificatū gn̄atū de ſua v̄itate: aliuʒ v̄ificatuʒ et pro- ductū ꝑ amare: vt vere et aſertiue poſſet numerare plura: que non poſſet ſine diſtictione actꝰ ī diuinis: et ſine q̄ diſtincione et multiplicatione v̄itas nō poſſit cauſare ꝙ īfinitus non eēt v̄e: eo q꞉ eſſet infinibilʳ et ecōuerſo: et ſic ītellectꝰ diuinus eſſet ꝯfuſus in ipſa v̄itate et non clarus: et naſa v̄itatis variabilis et diſtīta et extra modū ītelligēdi v̄ificādi ꝙ ē īpoſſibile et īcer tuʒ ¶ Item ait ītellectꝰ ſine diſtintōe actus īfinitus et perſo nalis eſſet ī gloria dei confuſus ꝙ eſt impoſſibile: quoniā glo rioſus nō haberet glorioſum atqʒ gloriare: q̄ cauſaret ꝙ deus non haberet deū: nec deꝰ eſſet de deo: nec in deo eſſet deus at qʒ deus non eſſet cum deo: nec deus ſe haberet ad deū ratiōe



(c) 2006 Ministerio de Cultura

finis. Et hoc ſciret diuinus intellectus cuꝫ pena ꝯtra gloriã: ⁊
odiret voluntas cũ triſticia: ⁊ ſic deficeret in đo ꝑfectio ⁊ ĩfin
ta glĩa: ⁊ veritas rõne ꝯfectuũ ſeu carentiũ ſupradictorũ: ⁊ qꝛ
omĩa iſta ſunt ĩpoſſibilia: relinq̄tᷣ ergo ꝙ actꝰ infinitꝰ diuinꝰ
ſic eſt eq̄liter ꝑ diſtictionē ꝑſonarꝫ: ſicut ꝑexiſtētiam rõne vni
tatis eſſentie ĩfinientis ĩfinibilis ⁊ ĩfinire: ⁊ quorũ libꝫ ĩ ſuo
ꝓprio numero eternaliter ꝑmanētium.

## Alia prouatio intellectus ſilogiſtica.

AD huc volo tibi fides probare diuinã trinitatē: ſilogizã
do ⁊ declarãdo ſic. Ubicũqꝫ ſit naturalis eq̄litas omni
mode exiſtēdi ⁊ agendi: ē naturalis ⁊ eq̄lis oĩmode q̇es: ſed in
deo ē naturalis eq̄litas omimode exiſtēdi ⁊ agendi: ergo ĩdeo
eſt naturalis ⁊ eq̄lis oĩmode q̇es. Minor declaratᷣ ſic: đus q̇eſ
cit ꝑ exiſtere: eo qꝛ q̇eſcit: ergo eo qꝛ ē deꝰ agendo ꝓducit deũ: ⁊
ſic ē ĩdo eq̄lis q̇es exiſtēdo ⁊ agēdo: alioquĩ niſi deꝰ ꝓduceret
deũ: ĩ deo nõ eēt natᷣaliter ⁊ oĩmode eq̄lis q̇es exiſtēdi ⁊ agēdi
ꝙ ē ĩpoſſibile. Sequitᷣ ego ĩdeo btiſſima trinitas q̄ eſt ꝑ natu
ralē ⁊ eq̄lē oĩmode q̇etē exn̄do ⁊ agēdo: q̇eſtit ergo deꝰ pr̄ ĩ exiñ
do pater ⁊ in agēdo deuꝫ filiũ: ⁊ q̇eſcit deus filius in exiſtēdo
filius ⁊ non pater: ⁊ q̇eſcit ſpũs ſãctꝰ ĩ exiſtēdo ſpiratꝰ in ama
re patris ⁊ filij: q̄ q̇eſcũt ĩ ſpirãdo ſpiritum ſanctũ ꝑ amorē: e⁊
tiam q̇eſit ſpitusſanctꝰ in nõ exiſtēdo ꝓducēs: ſicut pater q̄ q̇e
ſcit in nõ exiſtēdo ꝓ ductꝰ. ¶ Dit fides ĩtellectui: hoc ꝙ tu di
cis non ꝑtinet ad te dicere ſed ad me ꝑtinet credere: ⁊ qꝛ intro
mitis te đ officio quod non eſt tibi datum: poſſes cadere in
erroreꝫ: ꝯſiderãdo ꝙ ſi pater ē deꝰ: ⁊ filius eſt deꝰ: ⁊ ſic de ſpitu
ſancto ⁊ vnus no eſt aliꝰ: videtᷣ tibi ꝙ eſſent tres dij. Et ſi dicꝫ
ꝙ oēs tres ꝑſone ſunt vnus deꝰ: videretᷣ tibi ꝙ deus eſſet ꝯpo⁊
ſitus ex ipſis: ⁊ ſi dicis ꝙ deus eſt pater: poſſes ꝯſiderare ꝙ pa
ter eſt ante filiũ: ⁊ ꝙ filius non ſit eternus: et ſi dicis ꝙ filiꝰ
eſt genitꝰ: poſſes ꝯſiderare ꝙ ĩ eſſentia đi ē corrupcio ſiue mã.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Etiam poſſes ꝯſiderare ꝙ eſſentia p̄ris eſſet diuiſibilis: ⁊ ſic de multis alijs in ꝯueniētibus inq̄bus poſſes cadere ꝑ errorē vnde propter hoc ꝯſulo tibi frater mi: ꝙ p̄dictas ꝯſideratiões dimitas ⁊ ꝑmitas me credere in diuinā trinitatē: quoniaꝫ ꝑ meuꝫ credere poſſes euitare: ⁊ te prolōgare ab erroribꝰ. ¶ Dixit intellectus nec ꝓpter hoc fides poſſes me deducere ī timorēꝫ: quoniā in adiutorio diuini intellectꝰ ſpem hēo: eo q̄ pro ipſo laboro: ⁊ ab ipſo habeo hoc vnuꝫ bonū ꝙ habeo. Et ad timorē tui ſic reſpondeo: quoniā dicis ꝙ poſſem ꝯſiderare tres deos male dicis: eo q̄ ītelligo ꝙ deus q̄ eſt de tota eſſentia dei non poteſt eſſe alius dn̄s: cū eſſentia dei ſit indiuiſibilis indiuiſa: ⁊ deus ſine eſſentia indiuiſibili eſſe non poteſt. Et q̄ dicis ꝙ videt̄ mihi ꝙ deꝰ eſſet ꝯpoſitus non eſt verū: quoniā cōpoſitō nō poſſet fieri niſi de pluribus eſſentijs finitis: etiam productꝰ ſimplex de ſimplicitate nō poteſt eſſe degenere ꝯpoſitionis. Et q̄ dicis ꝙ poſſem ꝯſiderare ꝙ pater eſſet ante filiū nō ē verū: quoniā inteligēdo ꝙ ꝓductū eternū ſit ꝺ eſſētia producētꝭ eterni nō poſſū ītelligere ꝙ ipſe ſit degn̄e tp̄orꝭ atq̄ poſterioritatis: ⁊ q̄ dicis ꝙ poſſem ꝯſiderare ꝙ in eſſentia dei ſit corruptio ſiue materia: q̄ filius: male dicis. Qm̄ filius genitus eſt formaliter de forma patrꝭ ⁊ ſimpl'r: ⁊ corruptio nō pōt fieri ſine trāſmutatione materie de vna forma in aliā. Et q̄ dicis ꝙ poſſeꝫ ꝯſiderare ꝙ eſſētia p̄ris eſſet diuiſibilis nō ē v̄um: eo q̄ ꝯſidero intelligendo ꝙ ſicut eſt īpoſſibile ꝙ eſſētia infinita ꝑ īmenſitatē: ſic ſit diuiſibilis ſicut eſſentia finita tēporificabilis ⁊ ſic de alijs: poſſes me reph̄ēdere. Et ideo tu male facis: eo q̄ es ꝯtra me ⁊ ꝯtra meā vltimam beatitudinem ⁊ meū vltimū fineꝫ: ⁊ putas ne ꝙ timeaꝫ laborem atq̄ periculuꝫ ad honorādū deū ⁊ ſeruiēdū diuino intellectui dn̄o meo q̄ me creauit ad ſe intelligendum. ¶ Ha fides ait intellectus ſoror mea: ⁊ quare es ꝯtra illam columpnam in qua es ſuſten

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tata: ⁊ ſi contingeret ꝙ tu caderes in dubitationē ſiue in erro
rem: qualis creatura eſſet illa q̄ ſine me iuuare te poſſet.

## Arguit intellectus.

Illa bonitas naturalis q̄ eſt īfinita ⁊ eterna: eſt natura
lis rō bono infinito eterno ꝙ producat bonum īfinitū ⁊
⁊ eternum: ſed diuina bōitas eſt hmōi: ergo eſt ratio deo ꝙ pro
ducat naturaliter bonū infinitum ⁊ eternum. Uocamus aūt
producentem patrē: productum filiū: ⁊ ſpiritum ſanctum ab
vtroqꝫ ſpiratum: ⁊ ſic ſequitur de neceſſitate beatiſſima trini-
tas. ¶ Dixit fides non valet rō tua: quoniā deus producit bo-
num infinitum ⁊ eternuꝫ intelligere: ⁊ eſt porducens intelli-
gens ⁊ productus intelligibilis/ſine aliq̄ diſtintiōe ⁊ multi-
plicatione perſonarum. ¶ Ait intellectus dictum eſt ꝙ bōi-
tas eſt naturalis ratio infinita ⁊ eterna ⁊c. ꝙ nō eſſet niſi diſtī
cio perſonarum eſſet in productione: ratio huius eſt: qꝛ infi
nitus actus dicit plus in productione exiſtendi ⁊ diſtinguēdi
ꝙ exiſtendi tantum: quoniā maius eſt exiſtere bonum ⁊ age-
re/bonum ſeu producere diſtinguendo: qꝛ mulltiplicatio per
ſonaꝝ: ꝙ ſine diſtitione ⁊ mltiplicatiōe: ⁊ ſic rō mea ſtat ⁊ tua
nō pōt eſtare. Itē ſi eſſet/ſicut tu dicis natura diuine bonitatꝫ
magis ⁊c. non eēt ꝑmanēs ab eterno neqꝫ in eternū ſed varia-
bilis ⁊ mutabilis: eo qꝛ naturās trāſmutaret ſe in naturatuꝫ:
⁊ ꝯuerſo ⁊ ſic ꝺ naťare: ⁊ eternitas non poſſet ſuficere ad ꝑma
nētiā propoꝛtū numeroꝝ eoruꝫ qꝺ eſſet malū ꝯtra bonuꝫ par-
uuꝫ ꝯtra magnum/mutabile ⁊ mobile: ꝯtra in mobile ⁊ ī mu
tabile/ī naturale ꝯtra naťale/ impoſſibile ꝯtra poſſibile ⁊ ſic
de aliïs. Et omnia iſta ſeq̄rent̄ ſi naturās eſſet mutabilis in na
turatū ⁊ ecōuerſo: eo qꝛ bonificās ⁊c. non eſſet naturaliter a
gens: nec bonificatꝰ ⁊c. naturalit̄ paciens: nec bonificare vt
actus: ⁊ ſic naťa diuina non hēret radiceꝫ atqꝫ fundamētū īqº
poſſet ſe ſuſtētare hoc qꝺ ē: ⁊ qꝛ oīa iſta ſunt ī poſſibilia. oſtēdit̄

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ergo q2 naturās eſt ꝑmanens in ſuo proprio numero ⁊ hoc pſonaliter diſtiguēdo: ⁊ ſic de nafato: lȝ ſint idē ꝑ eſſentiā nature diuine q2 infinita ⁊ eterna ꝯſiſtit.

## Probat argumentis intellectus.

OMne ens diſtat magis a non ente ī exiſtēdo eſſe ⁊ in producendo eſſe ꝙ in exiſtēdo eſſe ⁊ non producēdo: ſed deus diſtat magis a nō ente ꝙ alid ens: ergo ē eſſe ⁊ producit eſſe .ſ. pſonale ergo eſt trinitas. ¶ Ait fides ſm tuaȝ poſitioneȝ plus diſtaret deus a nō eſſe: ſi mile ꝑtes īfinitas ꝺ duceret in eſſe. Dixit intellectus rō tua nō valet: q2 diuina vnitas q̄ infinita eſt reqrit ſolā vnā ꝓprietatē pſ̄nalē infinitaȝ: ⁊ ſic de vna propria filiatione īfinita ⁊ ſpiratione paſſiua īfinita: ⁊ ſi eſſent plures paternitates ⁊c. non eſſent de gr̄e īfinitatꝫ vnitatis: ⁊ vna paternitas nō ſuficeret in tota eſſentia infinita ꝙ eſt impoſſibile: ⁊ ſic de filiatione ⁊ ſpiratiōe. ¶ Ait intellectꝰ omne ens diſtat magꝫ ꝯtrarietate cū ꝯcordātia quā ſine ꝯcordātia: ⁊ ſic de eq̄litate cū q̄ magis diſtat ab in eq̄litate: ⁊ q2 deꝰ diſtat magis ab in eq̄litate ꝙ aliud ens: reliquiꝛ ergo ꝙ in deo eſt ꝯcordantia ⁊ eq̄litas ⁊ ꝑ ꝯſeqēs pluralitas pſonarū: cū ꝯcordācia ⁊ eq̄litas ſine plr̄alitete eſſe nō poſſ̄t. ¶ Dixit fides: ſm te magꝫ diſtaret deꝰ a cōtrarietate: ſi in ſe ipō haberet mille perſonas ꝯcordātes quā tres tantū. ¶ Ait ītellectꝰ rō tua nō valet: vt ſignificatū eſt in capitulo ſupra dictū. Itē ait intellectus omne illud per qꝺ ens eſt magis difinibile eſt neceſſe: ſed omne ens ē magꝫ difinibile ꝑ ſuū actū qͦ eēntialē ⁊ nafalē quā ſine ipſo: ⁊ deꝰ ē ens: ergo deꝰ ē difinibilis ꝑ ſuū actū qͦ eēntialē ⁊ nafalē: dicēdo ſic deꝰ ē ens deificās vn̄ ſeqꝛ ꝙ ī deitate ē deificās deificabile / ⁊ deificare. ¶ Dixit fides ꝑ hoc ꝙ tu dicis ſeqreꝛ: ꝙ in deo eſſet materia erq̄ ꝓduceretꝛ deꝰ. Ait ītellectꝰ nō valet: qm̄ dꝰ ē forma īfinita ⁊ ſic diſtat īfinite a mā: ſua ꝑtās q̄ ē īfita reſpōdit: ꝙ īfinitꝰ pōt de īfinito īfinitū ꝑ formā īfinitā ſine mā.

## Argnit intellectus.

(c).2006 Ministerio de Cultura

OMnis natura q̄ eſt ī ſubiecto natali: ē rō ei ꝙ producat naturatuꝫ ſine qua rōne natura non eēt in ſuo gn̄e: ⁊ qꝛ ī deo ē nata: ergo deus ſe hēt ꝑ ſuā natam ad natandū natatū. ¶ Dixit fides: ſm̄ hoc ꝙ tu dicꝫ ſequit᷑ ꝙ ſpūſſanct⁹ q̄ de⁹ ē ⁊ a pr̄e product⁹ ē: eſſet fili⁹ naturat⁹. ¶ Ait ītellect⁹ nō valet: quoniā ſpirituſſanct⁹ eſt natura ꝑ eſſētiaꝫ amoris: ⁊ ē ſpirat⁹ a pr̄e ⁊ filio ꝑ amorē. Ait iterū intellectus: nullum ens īfinituꝫ eſt ligatū atqꝫ impeditū: ſꝫ de⁹ ē ens infinituꝫ: ergo deus non eſt ligat⁹ neqꝫ impedit⁹ ꝙ eſſet: ſi non poſſet producere īfinitū de infinito ⁊ eternū de eterno. ergo ⁊c. ¶ Dixit fides nō tenet rō: qm̄ lꝫ deus poſſit infinitum de īfinito producere: poſſem credere ꝙ nō vult ꝓducere īfinitū de infinito: cū ſua volūtas ſit libera: ⁊ nō habeat ſupra ſe cauſā. ¶ Ait intellect⁹ non valet quoniā in deo ſua volūtas ⁊ poteſtas ⁊ ſic d̄ alijs atributis ꝯuertūtur: ⁊ ideo q̄dq̄d de⁹ pōt in ſe: ſua volūtas vult ꝙ ipemet cauſet ſe ad volēdum vt habeat vnū magnū actū volēdi: ſicut diuina poteſtas poſſendi. Ait iterū intellect⁹ ōi enti īfinito ꝯuenit magis infinire q̄ finire: ſed dō ꝯuenit finire ſeu d̄terminare creaturas: ergo mlͭto magis ad euꝫ ꝑtinet īfinire in ſe ꝑſonas diuinas. ¶ Ait fides: ſi ſecūduꝫ hoc ꝙ tu dicꝫ ad deum ꝑtinet infinire eo qꝛ eſt infinitus: ergo ꝑtinet ad eum ꝙ infiniat infinitas creatas. ¶ Ait ītellectus nō valet: qm̄ licet ad deuꝫ pertineat infinire infinitas creaturas quo ad ſe creature tamē non ſunt capaces īfinitatis: ſic videlicet ꝙ poſſint infinitum recipere: cum infinitas non ſit de genere creaturarum.

## Probat iterum intellectus.

NUllū ens eſſe poteſt ſine modo exiſtēdi ⁊ agēdi: dūs eſt ens: ergo habet modū exiſtendi ⁊ agendi: ergo trinitas Ait fides nō valet: qꝛ ſpituſſāct⁹ ē ens nō hꝫ modū ꝓducendi ꝑs. Dixit ītellect⁹ nō valet: tua obiectio lꝫ ſpūſſāct⁹ nō ꝓducat deū ꝑ modū ꝓducēdi deū: eo qꝛ ꝓduct⁹ eſt. Ait iteꝝ ītellect⁹ oē

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ens habẽs aliquid infinite ⁊ eterne differt a re habita: ſet deꝰ
eſt ens habens aliquid infinite ⁊ eterne: ergo deus differt ab
hoc ꝙ habet infinite ⁊ eterne: ergo in deo eſt pluralitas ſine q̃
nõ põt habere ĩ ſe hoc ꝙ habet: cũ hr̃e ſit dictio ſignificãs ha
bẽtem ⁊ habitũ. ¶ Dixit fides non valet: quoniã deus habet
intelligere: ⁊ non eſt differens ab ipſo. Ait intellectus non te
net ratio tua quo ad ꝑſonas: etiã ſi dicis ꝙ valet quo ad eſen
tiam male dicis: qꝛ deꝰ ⁊ ſuũ intelligere non differũt ꝑ eſen-
tiã. ¶ Dixit iterũ intellectꝰ: oẽ ens naturale habet q̃re forma-
le naturale ꝑ qđ eſt hoc ꝙ eſt: ⁊ ꝑ qđ ſe habet ad quare finale.
ſed deꝰ ẽ ens naturale: ergo habet q̃re naturale formale ⁊ fina
le ⁊ ꝑ ꝯſequẽs trinitatẽ. ¶ Ait fides: ꝑ hoc qđ tu dicꝫ videret
ꝙ deꝰ haberet q̃re ꝯpoſitũ ſicut hõ qui eſt proter hoc ꝙ ſuuꝫ
q̃re eſt cõpoſituꝫ de aĩa ⁊ de corpore: ⁊ ſua q̃es eſt in fine in quo
ipſe nõ eſt: videlicet ĩ multiplicare ſuã ſpecieꝫ. ¶ Ait itellectꝰ
nõ valet: eo qꝛ exẽplũ eq̃le nõ eſt: qm̃ exẽplificans exẽplificatũ
nõ ſunt eiuſdẽ generꝫ. Ait iterũ intellectus: nulla magnitudo
eſt infinita niſi ambiat infĩtũ exiſtere ⁊ infinituꝫ ꝓducere: ſet
diuina magnitudo / eſt huiꝰmõi / ergo ⁊c̃. ¶ Ait fides: diuina
magnitudo / ambit infinitũ intelligere ſiue amare. Ait intel
lectꝰ verũ eſt: ⁊ ꝑ conſequẽs habet ĩfitũ magnificare: ꝙ eſt ſic
de genere magnitudinis: ſicut infinitũ amare de genere infi-
niti amoris. ¶ Dixit iteruꝫ intellectus: deus eſt ens non indi
gens extra ſe aliquo: ſet ſi in deo non eſt trinitas: ipſe eſt indi
gens aliquo extra ſe vt poſſit agere bonum ratione ſue boni-
tatis vt non ſit occioſus: ⁊ qꝛ talis indigentia eſt impoſſibilis
ergo ⁊c̃. ¶ Ait fides non valet: qꝛ deus agit de ſua bonitate ĩ-
tra ſe bonificando ſuum intelligere ⁊ amare. ¶ Dixit intellec
tus verũ dicis: ⁊ ideo agit intelligendo ⁊ diligendo ſuũ boni
care ĩfinire eternare ⁊c̃. ꝙ eſſet ĩpoſſibile ſine ꝓducĩoẽ ĩ dis.

## Proponit iterum intellectus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Omne principiũ naturaliter infinitum ⁊ eternũ ꝓducit principiatũ nãlr̃ infinitum ⁊ eternũ: ſet de⁹ eſt hmõi: ergo ⁊c. maior ſic eſt euidẽs: qꝛ de natura ꝑncipij ẽ ꝑncipiare ⁊ maxĩe ď principio nãlr̃ ĩfinito ⁊ eterno. Minorẽ ſic ďclaro qꝛ ſi de⁹ nõ eẽt nãlr̃ ꝑncipiatũ ĩfinituz ⁊ eternũ: eẽt tm̃ principiũ effectiue finito ⁊ in tp̃e: ꝙ eſt cõtra ſuã ĩfinitaz naturaz principij ſue magne bõitatꝫ infinitatis ⁊c. Uocam⁹ aũt ꝑncipiantẽ vnã ꝑſonã: ⁊ principiatũ aliã: ⁊ rõ hui⁹ eſt: qꝛ de natura ꝑncipij ẽ ꝙ ꝓ principiãs nõ ſit ſuũ principiatũ: nec ecõuerſo. ¶ Dixit fides nõ valet: qm̃ in eẽtia dei de⁹ ẽ ĩtelligens ⁊ eſt intellect⁹ ſine alica diſtintione intelligẽtis ⁊ intellcti. ¶ Ait intellect⁹ concedo tibi quo ad eſſentiã: nõ quo ad naťaz pricipij q̃ naťa nõ poſſet eſſe hoc qꝺ eſt: ſi pricipiãs eſſet ſuũ pricipiatuz ⁊ ecõuerſo. ¶ Dixit intellect⁹ iteruz: legiť ĩ euãgelio beati iohãnis in pricipio erat v̓buz: ⁊ v̓bũ erat apꝺ deũ ⁊c. Et ideo qꝛ dicit ĩ pricipio: dicit ꝙ pricipiatũ ẽ ĩ pricipiãte pricipiatũ ⁊ pricipians eſt in pricipiato pricipiãs: ⁊ qꝛ dicit apꝺ deũ: dicit ꝙ pricipatũ eſt in principiãte in eterno ⁊ de eterno: qm̃ ĩ eternitate nõ eſt dare tẽpus ¶ Ait fides non tenet: qm̃ deus in eterno ⁊ ab eterno intellexit ſe ipſuz: ſine diſticione p̃dicta ¶ Dixit intellect⁹ obiectio tua iam ſupra ſoluta eſt: quoniã intelligere importat eſſentiã ⁊ etiã ꝑſonas: ſꝫꝺ rõne principij nõ importat niſi ꝑſonas. ¶ Ait intellect⁹ iteruz: oẽ illud ꝑ ꝙ veritas ſacre pagine eſt magis expoſita ⁊ declarata eſt neceſſaria: ſed ꝑ trĩtatẽ ꝑſonarũ eſt hmõi: vt dr̃ in geneſi faciam⁹ hominez ad ymaginẽ ⁊ ſĩlitudinez nr̃am: ergo ⁊c. Maior ſic ꝓbať qꝛ diuina v̓itas cũ maiori ſignificatione ſe õſtendit nõ cũ minori: minorẽ ſic declaro: eo qꝛ dicit faciamus: ⁊ dicit nr̃am: ⁊ hõ eſt trin⁹ ⁊ vnus: trinus qꝛ hẽt aĩaz ⁊ corpus ⁊ coniunctionez eoꝛuz: ⁊ eſt vnus ꝑ eſſentiã. ¶ Dixit fides nõ valet: quoniã modus loquẽdi eſt de ꝑſona comuni: ꝙ locať in plurali. Ait ĩtellectus oiectio tua iam eſt ſoluta: ꝑ maiorẽ ꝓpoſitionẽ iſti

(c) 2006 Ministerio de Cultura

argumēti.

# Probat intellectus.

Omnis potētia cognoſcit ꝑ actū ⁊ actus ꝑ obiectū: ſed intellectus diuin⁹ eſt pater intelligēs: ⁊ filius ītellect⁹: ⁊ ītelligere ē actus: ⁊ tu fides hoc credis: ⁊ ideo arguo ſic. Om̄e illud ꝑ qd in deo potētia actus ⁊ obiectum ſunt magis oſtēſiua ⁊ clara: eſt neceſſariuȝ: ſed ꝑ diuinam trinitatē eſt hm̄oi: ergo ⁊c. maior ꝑ ſe patet minorē ſic declaro: de⁹ pater obiectādo ſe ꝑmodum ītelligēdi intelligit ꝙ pōt tantū de ſe q̄tū ipſe eſt: ⁊ ſic ꝓducit filiū vt habeat vnuȝ magnū actuȝ q̄tuȝ ipſe ē: ⁊ ꝙ ambo habeāt vnuȝ magnuȝ actuȝ ſicut eſt eſſentia ipſoꝝ ſpirādo ſpituȝ ſanctū. ¶ Ait fides nō valet: quoniā indeo potentia obiectum ⁊ actus idē ſunt per eſſentiā ſine diſtintione ¶ Dixit intellect⁹ concedo tibi ſine diſtintiōe eſſentie: ſed nō ꝑſonaꝝ: ſine qua maior huius argumēti/non eſſet neceſſaria ⁊ eſſet neceſſaria ꝙ eſt contradicio q̄ eſtare non poteſt. Ait intellect⁹ iterū: nulla eternitas eſt īfinita ī bonitate magnitudīe poteſtate ſine ꝓprio ⁊ quoeēciali neceſſario ⁊ naťali eternante eternato ⁊ eternare: ſed dei eternitas eſt infinita in bonitate magnitudīe poteſtate: ergo ī diuīa eternitate ſunt pricipiare ⁊ ꝓprie eſſentiales ⁊c. eternans eternatū ⁊ eternare quos ťnitatē vocam⁹. Dixit fides nō valet: eo qꝛ eternans eternatū eternare ſunt ideȝ per eſſentiā ſine diſtintione: ſed tu reſpectu modi intelligendi patris in deo deſtintionem inter eternās eternatū ⁊ eternare: ꝑ quā poſitionē ī deo non multiplicas neq; adis aliquid. ¶ Ait intellectus concedo tibi ꝙ ꝑ eſſentiam ſunt idem. ſed eternare intelligiť dupliciter .ſ. eſſentialiter ⁊ perſonaliter: eſſencialiter ſicut tu dicis ꝑſonaliter vt ꝑ maiorē iſti⁹ ſilogiſmi ſignificatū eſt: qm̄ ſine ꝓducione ⁊ diſtītiōe eēt falſa. ¶ Poſitio ītľlect⁹: nľla pōtas ē īfinita rō alicui bōitati niſi ſit ei rō ꝙ ipa bōitas poſſit exiſtere īfita ꝑ exiſtētiā ⁊ agētiā: ſed dīa poteſtas ē infinita rō ſue bōitati ꝙ poſſit eſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

īfinita ꝑ exiſtātiā ⁊ agētiam: ergo diuina eſſentia eſt infinita agentia ⁊ illā trinitatē vocamus. ¶ Ait fides non tenet: quoniaꝫ illa infinita agencia eſt ꝑ intilligere ⁊ amare tātuꝫ: q̄ ſūt bona ꝑ bonitatē ⁊c. ſine diſtincione ī diuinis ¶ Dixit intellectus ratio mea valet: ⁊ tua non: quoniā diuina bonitas ſic eſt infinita ꝑ poteſtatē quo ad exiſtere ⁊ aggere: ſicut diuinus intellectus ⁊ diuina volūtas: ⁊ ſic bonitas habet ita ꝓpriū bonificare quo ad ſe: ſicut intellectus intelligere ⁊ voluntas amare quo ad ſe: alioquī finis bonitatis eſſet quo ad bonū intelligere ⁊ amare: ⁊ non quo ad ſuuꝫ bonificare ꝙ eſt īpoſſibile. ¶ Ait intellectus iterum nulla volūtas eſt infinita in diligendo niſi diligat in ſua eſſentia infinitos actus ſue bonitatis infinitatis eternitatis poteſtatis ⁊c. Set diuina volūtas eſt infinita in diligendo: ego diligit in ſua eſſentia infinitos actus ſue bonitatis magnitudinis ⁊c. illos aūt infinitos actus trinitatē vocamus. ¶ Dixit fides nō valet: qm̄ diuina voluntas diligit infinite qꝺ ſuuꝫ amare ſit infinite bonus magnus ⁊c. ꝑ actū bonitatis magnitudinis ⁊c. Mirabile eſt ait īntellectus: quare fides varias mediuꝫ ita frequēter nūquid iſta materia eſt de ſofiſmatibꝰ: abſit: ⁊ neſcis tu: qꝺ diuina bonitas eſt ita infinita in īteilligendo actuū aliarum dignitatum ſicut ſuuꝫ actuꝫ quoniā ſi non diligeret iam eſſet finita in diligendo: eo q꞉ diligeret bonitatē ꝓpter amare ⁊ non bonitatē propter bonificare: ⁊ ſic de alijs ꝙ eſt impoſſibile: de cetero. ſi habes veras rationes ⁊ neceſſarias dicas: q꞉ veritas non q̄rit angulos: nec ego vado ꝑ ambaies ſicut tu: ¶ Voluit intellectus īcipere aliā rationē: ſet mota fuit fides ad irā dicēs: vade vias tuas ſemꝑ vis me tenere in diſputatione de trinitate non facies. Sed tranſeamus ad incarnationē.

## Sequitur de incarnatione.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

# Sequitur de in carnatione.

DIxit intellectus ꝓbatū eſt ꝙ deꝰ eſt trinus ⁊ vnus: ⁊ qꝛ eſt vnus ⁊ trinꝰ: ad ꝓbandū ſuā ī carnationē arguo ſic. De illo ꝙ magꝭ eſt ſimile deo ī vnitate ⁊ trinitate eſt neceſſarium. Sed chriſtus eſt huiuſmodi: ergo xp̄s ē neceſſarius. Maiorem declaro ſic: qꝛ omne illud qđ eſt magis ſimile diuīe vnitati ⁊ trinitati: eſt magꝭ a diuina ſapiēcia ſcibile ⁊ a diuina voluntate amabile ⁊ etiā a diuīa bonitate bōificabile ⁊ a diuina magnitudīe. ⁊c. qꝛ tale ſimile ē necaſſariū alioq̄n diuina ſapiētia volūtas bonitas ⁊ magnitudo ⁊c. atributa eſſent contra hoc qđ eſt diuīe bonitati ⁊ trinitati magis ſimile ꝙ eſt īpoſſibile ⁊c. probatio minoris qꝛ in ip̄o ſunt tres nature. ſ. diuīa ⁊ humana q̄ ē duplex vȝ. corporalis ⁊ ſp̄ualis: ⁊ iſte tres ꝯſtituunt vnū xp̄m deum ⁊ hoīeȝ. ¶ Ait fides non valet: qꝛ hoc ꝙ diuina volūtas potuiſſet nolle nō ē neceſſariū: ſȝ diuīa volūtas potuiſſet nolle īcarnatiōem: ergo īcarnatio non eſt neceſſaria ſed eſt contingens: eo qui diuina voluntas voluit ip̄aȝ eſſe: ⁊ talis ꝯtingētia ꝑtinet ad me ꝑ credulitatē: ⁊ non ad te ꝑ demoſtrationē. ¶ Ait ītellctus rō mea ſtat ⁊ nō tua: q̄m ſcibilitas ⁊ bōificabilitas ⁊ magnificabilitas ⁊c: maioꝛꝭ ſil̄itudinis diuine bonitatꝭ ⁊ et̄nitatis cauſāt īcarnationem ⁊ diuina volūtas cāt ſe ip̄aȝ ad volendū eſſe hoc ꝙ eſt magis ſil̄e diuine trinitati ⁊ vnitati: etiā ad hoc ꝑ qđ ip̄a ⁊ alie dignitates poſſent hr̄e maiores ⁊ nobiliores actus īcreaturis q̄ effectus earū ſunt.

## Probat iterū intellectus.

OMnes diuine dignitates veniūt ad creturas cū īfinitis actibus: eo quia tantūmodo eaꝝ eſt īfinire: ſed qꝛ creature ſunt finite non ſūt capaces ad capiēdū īfinitas paſſiōes: vnde ſeq̄t ꝙ deus agat in aliquo intanto ꝙ magis agere non poſſit cū ſuis dignitatibꝰ: vt ſue dignitates q̄eſcāt extra ī illo



(c) 2006 Ministerio de Cultura

maiori agere: ꝛ ꝙ qui es q̄ eſt extra reſpondeat ad q̄etẽ in tra q̄ eſt ꝑ trinitatẽ diuinā: ſed hoc eſt ꝑ incarnationẽ: quoniā de⁹ non poteſt magis exaltare creaturā in bonitate ꝛ magnitudine ꝛc̄. ſicut facere ipſum deū: ꝛ ꝯiungere diuinā naturā cuꝫ humana: diuinā bonitatẽ cum hūana: diuinā magnitudineꝫ cum hūana ꝛc̄. oſtẽditur ergo incarnatio eſſe neceſſe. Dixit fides rō tua nō militat q꞉ ſi eēt ſicut tu dicis: deus aſumeret tot hūanitates quot homīes ſunt: vt ageret cū ſuis dignitatib⁹ in creatura intanto ꝙ attingere poſſet: ſed hoc nō facit: q̄re rō tua non ꝯcludit q° ad te ſed q° ad me. ¶ Ait ītellectus rō mea ꝯcludit: quoniā ſi de⁹ aſumeret plures humanitates non eſſet vnus chriſtus ſed plures: ꝛ vnus derogaret ab oībus alijs: eo q꞉ non ſuficeret vnus chriſtus eſſe finis totius vniuerſi: atq꞉ filius dei eſſet plures ꝑſone ꝙ eſt impoſſibile: ꝛ ꝯtra ordīationeꝫ ꝛ proportionẽ tocius vniuerſi: ꝛ etiā eſſent plures populi ꝛ q̄libet ſub ſuo deo: ſuo c̄atore: ꝛ redẽptore ꝙ eſt impoſſibile

¶ Dixit intellectus iterū oē illud ꝙ poſſit eſſe magis gn̄ale eſt neceſſariuꝫ: ꝛ rō hui⁹ eſt q꞉ congnicio fit a gn̄aliori ad ꝑticulare: ſed incarnatio eſt huiuſmodi: ergo incarnacio ē neceſſaria Minorẽ declaro ſic: q꞉ in hoc ꝙ de⁹ eſt homo ꝛ hō eſt deus eficitur magis. comūe: ꝙ poſſet eſſe q꞉ homo comūis ē: ꝑ gn̄aleꝫ dei bonitatẽ ꝛ humanitatẽ ꝯiunctas ꝛ ſic de alijs exiſtẽtibus ī ſumo gradu gn̄elitatis. ¶ Ait fides nō valet q꞉ ſcđꝫ hoc ꝙ tu dicis: perſona patris ꝛ ſic de perſona ſpiritus ſancti eſſet incarnata vt chriſtus eſſet magis generalis. ¶ Dicit intellectus nō tenet: quoniā multa inconueniẽtia ſequerentur ſi pater ꝛ ſpiritus ſanctus eſſent īcarnati: quoniaꝫ eadẽ perſona eſſent mlte ꝑſone: ꝛ pater eſſet filius: ꝛ pater ꝛ ſpiritus ſanct⁹ eſſet filius: ſufficit ergo ꝙ ſic vnus homo: vna ꝑſona ꝑ incarnationẽ ſicut incelo ꝛ multo magis in quo ſuficit vnus ſol: ꝛ in inferioribus vnus ignis: vna q̄litas ꝛc̄.

## Arguit iterum intellectus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

QUoniã inter creatorẽ ⁊ creaturas non eſt dare medium ſequit̃ neceſſario ꝙ hoc ꝑ qḋ creator eſſe poſſet magis intime in creatura ⁊ creatura in ipſo ſit neceſſariuꝫ:ſed hoc eſt per incarnacionẽ:ergo ĩcarnatio eſt neceſſaria. Maiorẽ declaro ſic:qm̃ ſi hoc ꝑ qḋ creator poſſet eſſe magꝫ intĩe increatura ⁊ ecõuerſo nõ eẽt neceſſariũ:eẽt dare aliqḋ mdiũ qḋ repugnaret illi maiori intimitati bone magne ⁊c. ꝙ eſt ĩpoſſibile ergo ⁊c. ¶ Minorẽ declaro ſic:ſi deus eſt incarnatus:ita ĩtime eſt in ſua creatura ⁊ ꝯuerſo:ꝙ ipſa creatura eſt homo: ⁊ hõ eſt deꝰ: ⁊ ſic duplicit̃ eſt in intimitate ĩ altiori gradu ꝙ̃ eẽ poſſit: primo vero eſt effectiue ſicut agẽs q̃ eſt in effectu ſuo ⁊ hoc ſimpliciter. Secũdario natalit̃:qm̃ ꝑ illã hũanitatẽ quã aſũpſit ꝑticipat natalit̃ cũ effectu ſuo ⁊ cũ toto vniuerſo: ⁊ rõ huius ẽ qr hõ natalit̃ ꝑticipat cuꝫ oĩbus entibꝰ creatis. ¶ Dixit fides rõ tua nõ ꝯcludit:qr ſi ꝯcluderet ſeq̃ret̃ ꝙ dꝰ eẽt oẽs cãte ⁊ oẽs cãte eẽnt ipſe: ꝙ eẽt ꝯtra ordinẽ totiꝰ vniuerſi: ⁊ etiã deꝰ ḋrogaret̃ ⁊ a ſuo honore priuaret̃. ¶ Dixit intellectus obiectio tua iam eſt ſupra ſoluta:etiã deus non poteſt eſſe in cãtura nec creatura ĩ ipſo niſi cum maiori exaltacione vnius creature: exiſtentis finis omniũ entiũ creatoruꝫ:propter quã maiorẽ exaltacionẽ eſſet proportionata ⁊ diſpoſita ad deificationeꝫ et incarnationem. ¶ Dixit iterum intellectus:omne illud inſtrumentũ cum quo deus magis poſſit de ſe ipſo increatura et ḋ creatura in ſe ipſo eſt neſſarium:ſed hoc eſt per incarnationeꝫ ergo incarnatio eſt neceſſaria. Maiorem declaro ſic:niſi eſſet neceſſarium iſtud inſtrumentum cum quo deus poſſit magꝫ de ſe ipſo in creatura ⁊ ḋ creatura in ſe ipſo: priuatio huius ĩſtrumenti eſſet cauſa ꝙ diuina poteſtas que eſt infinita poſſet eſſe ligata:eo ꝙ non poſſet hoc bonum magnum durans ⁊c. perficere de deo increatura ⁊ de creatura in deo:et quia diuina poteſtas non poteſt ligari ergo ⁊c. Minorem ſic declaro:



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ꝙ deus nō pōt plus de ſe ipſo ī creatura ⁊ ecōuerſo ꝙ facere ſe creaturā ⁊ creaturā facere deū. ¶ Dixit fides non valet: qꝛ ſcdm te diuina volūtas eſſet cauſata ⁊ neceſſitata ad volēdum ī carnatōnē ⁊ nō poſſet ipſā nolle: vnde ſequeref ꝙ amitteret ſuam libertatē ⁊ eſſet ſubdita: ⁊ populus chꝛianus nō haberet ei grates de in carnatione: ⁊ qꝛ omnia iſta ſunt impoſſibilia ratio tua nō ꝯcludit. ¶ Dixit intellectus ad ſimilitudinē huius obiectionis eſt ſoluta alia ſupius: ⁊ qꝛ dicis ꝙ diuina volūtas eſſet ligata neceſſitata: dico ꝙ ipſa neceſſitat ſeipſā cuꝫ ſua bonitate magnitudine ⁊c. diligēdo īcarnationē: vt diuia poteſtas non ſit ligata ⁊ diuina bonitas magnitudo ⁊c. ſint magis difuſiue ī effectum: ⁊ ab effectu magis recolibilis diligibilis intelligibilis ⁊ laudabilis ⁊ amabilis.

## Pꝛobat intellectus argumentis.

OMne illud ꝑ qꝺ diuina ſapiētia ⁊ diuina voluntas magis ſe poſſent qͦeq̄re in eſſe ſubiecti creati ē neceſſarium ſed hoc eſt per in carnationeꝫ: ergo in carnatio eſt neceſſaria Maioꝛem declaro ſic: ī pꝛincipio qn̄ deus voluit creare mundum diuina voluntas voluit creare ipſum pꝛopter maioꝛem finē: ⁊ diuina ſapientia q̄ eſt inmenſa inſciēdo intellexit illū maioꝛē finē: ⁊ ſic ipſe maioꝛ finis fuit volitus ⁊ intellectꝰ eq̄liter vt ſapientia ⁊ volūtas eq̄liter ꝑticiparēt in eodem fine: ⁊ hoc fuit neceſſe ratione maioꝛis ꝯcoꝛdantie earuꝫ .ſ. bonitatꝭ magni. ⁊c. Minoꝛē declaro ſic: quoniam deus eſt incarnatꝰ eſt creatio mundi exaltata in maioꝛi fine quā eſſe poſſit: videlicet ꝙ mundus ſit creatus vt deus feſicet ſe hominē ⁊ homo eſſet deus: maioꝛ finis a deo non eſt intelligibilis nec poſſibilis atqꝫ anobis recolibilis nec amabilis. ¶ Dixit fides ratio tua non pꝛocedit: quoniā ſi hoc eſſet neceſſariū ꝑ qꝺ diuinꝰ intellectus ⁊ diuina voluntas magis qͦeq̄rent ſe in creatis: q̄d q̄d deus intelligeret ī creaturis diligeret diuina volūtas: de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intelligit in creaturis peccata: ſet diã voluntas nõ diligit peccata ſed odit. ¶ Ait intellectus ꝙ tu dicis nõ ſeqꝛ: eo qꝛ voluntas diligit: cū diuina ſapiã ĩtelligat oĩa bona ꝛ mala vt ſuũ ĩtelligere non ſit terminatū: ꝛ ſic quoqꝫ ſeqꝛ act⁹ voluntatis cũ actu intellectus ꝛ cū actu bonitatis. magitudinis ꝛc. Dixit ĩtellect⁹ oẽ illud per qḋ diũ iudiciū magis poſſet remunerare iuſtos ĩ paradiſo ẽ neceſſarium: ſed hoc ẽ ꝑ ĩ carnationẽ: ergo deum ĩ carnatũ ẽ neceſſariū. Maiorẽ de claro ſic: de⁹ eſt iuſt⁹ cũ maiori magnitudĩe: diẽ bõitatis: magnitudĩs: eternitatis poteſtatꝫ ꝛc. ꝛ nõ cũ minori cũ ſua iuſticia ſit ĩfinita ꝛ ſic ḋ ſua magnitudĩe: bonitate ꝛc. vnde ſeqꝛ ꝙ maius iudicium inter deũ ꝛ hõĩẽ ẽ neceſſariũ: eo qꝛ diijs neceſſitat ipm cũ ſuis dignitatib⁹. Minorẽ declaro ſic: qꝛ de⁹ incarnat⁹ cū corpore ſuo glorificabit corꝑa ſanctorum in patria ꝑ viſū: auditũ: ꝛ tactum: ꝛ corp⁹ illud erit inſtrumẽtū diuinũ remunerationis ſẽſualiũ ſãctorũ: ſine q° ĩſtrumẽto de⁹ nõ poſſet remũerare corpora ſanctoꝝ per ſenſũ: q̃ ſuſtinuerũt ĩ hoc ſeculo famẽ: ſitĩ: ꝛ mltas miſerias ꝓpter deũ: ꝛ rõ hui⁹ eſt: qꝛ deus eſt in viſibil' in audibilis: ꝛ in tãgibilis. ¶ Ait fides rõ tua non valet: quoniā ſi valeret miſericordia dei non ꝑualeret in hac vita: vt iudiciũ dei eſſet in maiori gradu puniẽdi oẽs pctõres ꝛ non parceret eis aliqd. ¶ Dixit ĩtellect⁹ rõ mea ad huc ſtat: ꝛ nõ propter hoc ꝙ tu dicis ſeqtur ꝑuacio ḋi miſericordie: cum iuſticia ꝛ miſericodia ſint idē ĩ deo: ꝛ deus q̃ liber eſt ad placitũ agit de ſua iuſticia ꝛ ſua miſericordia puniendi ꝛ ꝑceni.

## Corroborat intellectus ſuã rationẽ.

OMne illud per qḋ dus eſt magis difinibilis: vt cauſa eſt neceſſarium: ſed hoc eſt per incanationē: ergo deum incarnatũ eſt neceſſariũ. Maior eſt euidens ſic: quoniā de⁹ eſt cauſa cũ maiori magnitudine bonitatis magnitudinis ꝛc. nõ ꝛ cũ minori: vt prima cauſa non ſit deffectiua eo qꝛ minori



(c) 2006 Ministerio de Cultura

tas ſemꝑ implicat imꝑfectionē. Minorez ꝓbo ſic:qm̄ ꝑpter
hoc qꝛ deꝰ eſt incarnatꝰ:eſt totū vniuerſū exaltatū: exiſtēs illa
benigniſſima hūana natura ꝙ deꝰ aſſumpſit pars realis na-
turalis ⁊ quoeſſencialis tocius vniuerſi: ⁊ ſic qn̄to magis eſt
vniuerſū exaltatū ⁊ cauſatum in maiori nobilitate bonitate
magnitudine ⁊c.tanto deus eſt cauſa in alciori gradu. ¶ Ait
fides rō tua non procedit:eo qꝛ inſtantiā hēt in hoc ꝙ dn̄s ab
eterno non creauit mūdū:eo qꝛ nouus eſt:⁊ creauiſſet ab eter
no ſi eſſet ꝟum hoc qḋ tu dicis: vt deus eſſet cauſa ab eterno ⁊
mundus creatus. ¶ Dixit intellectus ꝙ ſua rō ſtabat ſine ca-
lūniacione:vt dinina poteſtas q̄ ē infinita poſſet ꝑficere ꝙ dꝰ
eſſet cauſa in ſuo gradu ſine derogatione ſue eternitatis ⁊ or-
dinatiōe tociꝰ vniuerſi:q̄ derogatio eēt ſi eēnt pl'res et̄nitates
⁊ alia vita īpoſſibilis:⁊ ḋ tali materia loq̄mur ī tertia ⁊ ī q̄rta
ꝑte huiꝰ libri dn̄o concedēte. ¶ Ait ītellectꝰ oē illud per qḋ hō
poſſet magis deum intelligere ⁊ ī ipō magis credere eſt adeo
ordinabile:ſed hoc eſt ꝑ incarnationē: ergo deū ī carnatuz eſt
neceſſarium. Maiorē de claro ſic:quoniā deꝰ ē ītelligibilis cū
maiori bono ⁊ magno ⁊c. intelligere:nō autem cū minori: ē
ordinabile ab eo ꝙ faciat ſe ītelligere cum maiori magnitudi
ne: ītelligibilitatis ⁊ ꝑ ꝯn̄s cū maiori credibilitate: ⁊ maior
credibilitas es tu fides: eo qꝛ magis es dificilis ꝙ alia vt per
te patet. Minorem ſic oſtēdo: maior intelligibilitas ꝙ hō poſ
ſet habere ſiue maior fides: eſt ītelligere ſiue credere ꝙ deus
ſit vnus ⁊ trinus ⁊ homo paſſus ⁊ hmōi. ¶ Ait fides poſitio
tua ligat me:quoniā ſi dico ꝯtra te dico cōtra me:ſed dico con
tra īteligibilitatē ꝙ dicis:quoniā deus nō ordinat ipſam in
via in maiori gradu ſed in minori:eo qꝛ intelligis deuz ꝑ ſpe-
ciem:ſed ſi ſine enigmate in via ipſum intelligiſſes ꝟum dixi
ſes:ſed hoc non facis ⁊ ſic ratio tua nō procedit. ¶ Dixit intel
lectus non eſt intelligendum ꝙ dicā deum intelligere in hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mundo abſque enigmate eſſe poſſibile: ſed de illa intelligibilitate que magis eſt inuia poſſibilis dico: ⁊ ſic patet ꝑ hoc ꝙ dicis qđ tue rõnes ſunt debiles ⁊ ꝙ vadis per ambaias. ¶ Ait intellectꝰ oē illud ꝑ ꝙ hõ eſt magis diſpoſitꝰ ad habēdū alias virtutes ⁊ ad euitandū vicia eſt adeo diſponibile ⁊ ordinabile ⁊ a ſua voluntate amabile: ſed hoc eſt ꝑ incarnationē: ꝯcluditur ergo ꝙ incarnacio ē neceſſaria. Maior patet: ex eo qꝛ dꝰ eſt v̓tus: ⁊ diligit v̓tutes ⁊ odit vicia hominū. Minor declarat̃ ſic qꝛ deus eſt incarnatꝰ: ⁊ ꝓ redemptione hominū paſſꝰ ⁊ ſpes exaltata: ⁊ deſperatio ab homine prolongata: ⁊ ſic d' iuſticia ⁊ iniuria: ⁊ de prudentia ⁊ in prudētia ⁊c. ¶ Dubitauit fides ad reprehendendum intellectū: vt nõ diceret cõtra ſpē ſororē ſuā ⁊ etiā ꝯtra alias virtutes: cū fides ſic ſtabat voluit intellectus incipere aliam ratioem. Ait fides ⁊ quid eſt hoc: tota die veles me tenere in tuis prolixis verbis: tranſeamus ad creationem mundi: quia ſatis patet ꝙ tu dicis verum de īcarnatione.

## Sequitur de creatione mundi.

Ait intelletus omne illud per quod deus poteſt eſſe ſine mundo eſt neceſſarium: ſed incepcio mundi ſiue nouitas eſt huiuſmodi: ergo inceptio mundi ſiue nouitas eſt neceſſaria. Maior eſt euidens: quia ſi deus non poterat eſſe ſine mundo: mundus videretur cauſa dei ꝙ non eſt verum: ſed potius ⁊ econuerſo. Minorem declaro ſic: quia ſi mundus non potuiſet eſſe nouus: deus non potuiſſet eſſe ſine ipſo: ſed hoc eſt falſū ⁊ impoſſibile: ergo mundus fuit nouus ⁊ in ceptus. ¶ Ait fides concedo maiorem: ⁊ ad minorem dico ꝑ interemptionē: ⁊ tu ꝓuas qꝛ ſi mundus nõ potuiſſet eſſe nouus



(c) 2006 Ministerio de Cultura

deus nō potuiſet eſſe ſine mundo: dico ꝙ falſuꝫ ē: quniaꝫ ſi uoluiſet potuiſet cū hēat poteſtatē īfinitā: ſed noluit vt nō caderet ī ipſo do nouitas ſiue ꝑmutatio: eo qꝛ īcipiet facere ꝙ nō fecerat de ducēdo mūdū a nō eſſe in eſſe. ¶ Dixit intellect⁹ fides tu cōtradicis in dictꝫ tuis: dicendo ꝙ potuiſet ſi voluiſet: ſed dicis voluit vt nō caderet in ipo mutacio: ſic mutacio ligauit ſuā poteſtatē īfinitā ⁊ ſic potuit ⁊ nō potuit ꝙ eſt impoſſibile ⁊ ꝯtradicio. ¶ Ait intellect⁹ oē illud ꝑ qd deus pōt magꝫ agere in ſuo effectu eſt neceſſariū: ſed deus pōt magis agere ī ſuo effectu ſi deducat ipꝫ a nō eſſe ī eſſe q̄re mundū eſſe nouuꝫ eſt neceſſariuꝫ: maioꝛ ē euidēs. Minoꝛ pꝛobatur ſic: qꝛ oē paſciens duplici paſſione patit̄: plus q̄ ſi peſciebat̄ altera illarum tātuꝫ: ſed ſi mūd⁹ eſt nouus patit̄ duplici paſſione: videlicet: qꝛ eſt de duct⁹ a nō eſſe in eſſe: ⁊ qꝛ ī ipſo aliq̄ ſuarū ꝑciū gn̄antur ex alijs ſuis ꝑtibus ſuſceſiue. ¶ Dixit fides tu dicꝫ ꝯtra te ipſum: quoniā ſi mund⁹ ē etern⁹: de⁹ ageret magis in ipſo q̄ ſi ſit nou⁹: quoniā accio eterna maioꝛ eſt q̄ noua. etiā ſi mundus eſt nou⁹ fuit ab eterno de ipſo occioſus: eo qꝛ non deducebat ipſuꝫ de potētia in actuꝫ. ¶ Ait ītellect⁹ maioꝛ eſt oꝑatio intēſiua q̄ extēſiua ratione maioꝛis bonitatis ⁊c. ſed ſi mundus ē etern⁹: oꝑatio dei ī ipſo eſt extēſa ꝑ motuꝫ celi ⁊ gn̄atiōis ⁊ coꝛruptionis ⁊ nō ꝯſeq̄tur finis nec vtilitas: eo qꝛ nō poteſt eē alia vita hominū: quoniā tota materia mūdi nō ſufficeret coꝛꝑib⁹ hōinuꝫ gn̄atis ab eterno ⁊ ī eternū: etiā q̄libet hō poſt moꝛtē ſuam non duraret: ſed ſi mund⁹ eſt nou⁹: hō poteſt durare ī eternuꝫ ⁊ hoc materia ſuficiēte coꝛpoꝛibus hōinuꝫ poſt reſurrectionē q̄ pꝛobabim⁹: ⁊ ſic rō tua nō valet: ⁊ qn̄ dicis ꝙ deus fuit occioſus ⁊c. nō dicis v̄uꝫ: qm̄ mūd⁹ āte ꝙ fuiſet non erat in deo ī potētia: quoniā nulla foꝛma poteſt exiſtere in potentia ſine ſubiecto materiali: qd ſubiectum nō eſt in deo.

## Intellectus ꝓbat cratione mūdi neceſſariaꝫ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

